INdicatiuo modo tempore preſenti, Oportet *biſogna*. Præterito imperfecto oportebat, *biſognaua* Præterito perfecto oportuit, *biſognò & ha biſognato*. Præterito pluſquam perfecto, oportuerat,*haueua biſognato*. Futuro oportebit, *biſognerà*. Imperatiuo Oporteat, *biſogni*. Optatiuo & Subiunctiuo modo, tempore præſenti, cum oporteat, *conciofia che biſogni*. Præterito imperfecto cum oporteret, *conciofia che biſognaſſe, e biſognarebbe*. Præterito perfecto cum oportuerit,*conciofia che habbia biſognato*. Præterito pluſquam perfecto cum oportuiſſet, *conciofia che haueſſe & haueria biſognato*. Futuro cum oportuerit, *quando biſognerà, & hauerà biſognato*. Infinitiuo modo tempore præſenti & preterito imperfecto,Oportere, *eſſer biſogno*. Præterito perfecto & pluſquam perfecto, opotuiſse, *eſſere ſtato biſogno*. Futuro caret.

Pronomina Primitiua.

NOminatiuo Ego, *io*. Genitiuo mei, *di me*. Datiuo mihi, *à me*. Accuſatiuo me, *me*. Ablatiuo à me, *da me*. Pluraliter Nominatiuo nos, *noi*. Genitiuo noſtrum vel noſtri, *di noi*.

di noi. Datiuo nobis, *à noi*. Accusatiuo nos, *noi*. Ablatiuo à nobis, *da noi*.

NOminatiuo Tu, *tu*. Genitiuo tui, *di te*. Datiuo tibi, *a te*. Accusatiuo te, *te*. Vocatiuo o tu, *o tu*. Ablatiuo a te, *da te*. Pluraliter Nominatiuo vos, *voi*. Genitiuo vestrum vel vestri, *di voi*. Datiuo vobis, *a voi*. Accusatiuo vos, *voi*. Vocatiuo o vos, *o voi*. Ablatiuo a vobis, *da voi*.

GEnitiuo Sui, *di se*. Datiuo sibi, *a se*. Accusatiuo se, *se*. Ablatiuo à se, *da se*. Pluraliter Genitiuo sui, *di loro*. Datiuo sibi, *a loro*. Accusatiuo se, *loro*. Ablatiuo a se, *da loro*.

Pronomina Possessiua.

NOminatiuo Meus mea meum, *il Mio e la Mia*. Genitiuo mei meæ mei. Datiuo meo meæ meo. Accusatiuo meum meam meum. Vocatiuo o mi o mea o meum. Ablatiuo a meo a mea a meo. Pluraliter Nominatiuo mei meæ mea. Genitiuo meorum mearum meorum. Datiuo meis. Accusatiuo meos meas mea. Vocatiuo o mei o mea o mea. Ablatiuo à meis.

NOminatiuo Tuus tua tuum, *il Tuo e la Tua*. Genitiuo tui tuæ tui. Datiuo tuo tuæ tuo. Accusatiuo tuum tuam tuum. Ablatiuo a tuo a tua à tuo. Pluraliter Nominatiuo tui tuæ tua. Genitiuo tuorum tuarum tuorum. Datiuo tuis. Accusatiuo tuos tuas tua. Ablatiuo a tuis.

NOminatiuo Suus sua suum, *il Suo e la Sua*. Genitiuo sui suæ sui. Datiuo suo suæ suo. Accusatiuo suum suam suum. Ablatiuo a suo a sua a suo. Pluraliter Nominatiuo sui suæ sua. Genitiuo suorum suarum suorum. Datiuo suis. Accusatiuo suos suas sua. Ablatiuo a suis.

NOminatiuo Noster nostra nostrum, *il Nostro e la Nostra*. Genitiuo nostri nostræ nostri. Datiuo nostro nostræ nostro. Accusatiuo nostrum nostram nostrum. Vocatiuo o noster o nostra o nostrum. Ablatiuo a nostro a nostra a nostro. Pluraliter Nominatiuo nostri nostræ nostra. Genitiuo nostrorum nostrarum

nostrarum nostrorũ. Datiuo nostris. Accusatiuo nostros nostras nostra. Vocatiuo o nostri o nostræ o nostra. Ablatiuo a nostris.

NOminatiuo Vester vestra vestrum, *il Vostro e la Vostra.* Genitiuo vestri vestræ vestri. Datiuo vestro vestræ vestro. Accusatiuo vestrum vestram vestrum. Ablatiuo a vestro a vestra a vestro. Pluraliter Nominatiuo vestri vestræ vestra. Genitiuo vestrorum vestrarum vestrorum. Datiuo vestris. Accusatiuo vestros vestras vestra. Ablatiuo a vestris.

Pronomina Gentilia seu Patria.

NOminatiuo hic & hæc & hoc Nostras, *di Nostra Gente ouer di nostra Patria.* Genitiuo huius nostratis. Datiuo huic nostrati. Accusatiuo hunc & hãc nostratem, & hoc nostras. Vocatiuo o nostras. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc nostrate vel nostrati. Pluraliter Nominatiuo hi & hæ nostrates, & hæc nostratia. Genitiuo horum & harum & horum nostratium. Datiuo his nostratibus. Accusatiuo hos & has nostrates, & hæc nostratia. Vocatiuo o nostrates, & o nostratia. Ablatiuo ab his nostratibus.

NOminatiuo hic & hæc & hoc Vestras, *di Vostra Gente ouer di Vostra Patria.* Genitiuo huius vestratis. Datiuo huic vestrati. Accusatiuo hunc & hanc vestratem, & hoc vestras. Ablatiuo ab hoc & ab hac & ab hoc vestrate vel vestrati. Pluraliter Nominatiuo hi & hæ vestrates, & hæc vestratia. Genitiuo horum & harum & horum vestratium. Datiuo his vestratibus. Accusatiuo hos & has vestrates, & hæc vestratia. Ablatiuo ab his vestratibus.

Pronomina Demonstratiua.

NOminatiuo Ille illa illud, *Quello e Quella.* Genitiuo illius. Datiuo illi. Accusatiuo illum illam illud. Ablatiuo

tiuo ab illo ab illa ab illo. Pluraliter Nominatiuo illi illæ illa. Genitiuo illorum illarum illorum. Datiuo illis. Accusatiuo illos illas illa. Ablatiuo ab illis.

NOminatiuo Ipse ipsa ipsum, *Esso et Essa*. Genitiuo ipsius. Datiuo ipsi. Accusatiuo ipsum ipsam ipsum. Ablatiuo ab ipso ab ipsa ab ipso. Pluraliter Nominatiuo ipsi ipsæ ipsa. Genitiuo ipsorum ipsarum ipsorum. Datiuo ipsis. Accusatiuo ipsos ipsas ipsa. Ablatiuo ab ipsis.

NOminatiuo Iste ista istud, *Coteslo e Cotesla* Genitiuo istius. Datiuo isti. Accusatiuo istum istam istud. Ablatiuo ab isto ab ista ab isto. Pluraliter Nominatiuo isti istæ ista. Genitiuo istorum istarum istorum. Datiuo istis. Accusatiuo istos istas ista. Ablatiuo ab istis.

NOminatiuo Hic hæc hoc, *Questo e Questa*. Genitiuo huius. Datiuo huic. Accusatiuo hunc hanc hoc. Ablatiuo ab hoc ab hac ab hoc. Pluraliter Nominatiuo hi hæ hæc. Genitiuo horum harum horum. Datiuo his. Accusatiuo hos has hæc. Ablatiuo ab his.

NOminatiuo Is ea id, *il Tale e la Tale*. Genitiuo eius. Datiuo ei. Accusatiuo eum eam id. Ablatiuo ab eo ab ea ab eo. Pluraliter Nominatiuo hi eæ ea. Genitiuo eorum earum eorum. Datiuo eis vel ijs. Accusatiuo eos eas ea. Ablatiuo ab eis vel ab ijs.

NOminatiuo Idem eadem idem, *il Medesimo e la Medesima*. Genitiuo eiusdem. Datiuo eidem. Accusatiuo eundem eandem idem. Ablatiuo ab eodem eádem eodem. Pluraliter Nominatiuo Ijdem eædem éadem. Genitiuo eorundem earundem eorundem. Datiuo eisdem vel ijsdem. Accusatiuo eosdē easdem éadem. Ablatiuo ab eisdem vel ab ijsdē.

Pronomen Relatiuum.

NOminatiuo Quis vel qui, quæ, quod vel quid, *il Quale e la Quale*. Genitiuo cuius. Datiuo cui. Accusatiuo quem quam quod vel quid. Ablatiuo a quo vel a qui, a qua vel

vel a qui,a quo vel a qui. Pluraliter Nominatiuo qui quæ quæ. Genitiuo quorum quarum quorum. Datiuo quis vel quibus. Accusatiuo quos quas quæ. Ablatiuo a quis vel a quibus.

NOminatiuo Aliquis aliqua aliquod vel aliquid, *Alcuno & Alcuna*. Genitiuo alicuius. Datiuo alicui. Accusatiuo aliquem aliquam aliquod vel aliquid. Ablatiuo ab aliquo ab aliqua ab aliquo. Pluraliter Nominatiuo Aliqui aliquæ aliqua. Genitiuo aliquorum aliquarum aliquorum. Datiuo aliquibus. Accusatiuo aliquos aliquas aliqua. Ablatiuo ab aliquibus.

Nomina Numeralia.

NOminatiuo Vnus vna vnum. Genitiuo vnius. Datiuo vni. Accusatiuo vnum vnam vnum. Vocatiuo o vne o vna o vnum. Ablatiuo ab vno ab vna ab vno.

PLuraliter nominatiuo, Duo duæ duo. Genitiuo duorum duarum duorum. Datiuo duobus duabus duobus. Accusatiuo duos duas duo. Vocatiuo o duo o duæ o duo. Ablatiuo a duobus duabus duobus. Sic Ambo ambæ ambo &c.

PLuraliter Nominatiuo hi & hæ Tres & hæc tria. Genitiuo horum & harum & horum trium. Datiuo his tribus. Accusatiuo hos & has tres & hæc tria. Vocatiuo o tres & o tria. Ablatiuo ab his tribus. Reliqua vſque ad centum ſunt indeclinabilia. Quatuor Quinque Sex Septem &c.



NO-

NOTÆ.

EX Pronominibus tantum quatuor habent vocatiuum Tu Meus noster & Nostras. Qui quæ quod varijs modis componitur. Quidam quædam quoddam vel quiddam. Quispiam Quæpiam quodpiam vel quidpiam, Quisquam quæquam quodquam vel quidquam, Quiuis, Quilibet, Quicunque &c.

VNus vna vnum etiam numero multitudinis vsurpatur cum ijs nominibus, quæ duntaxat pluraliter declinantur, vt vnis litteris, vnæ induciæ, vnas nuptias. Ad idem exemplum hæc quoque flectenda sunt, Alius alia aliud, Alter altera alterum, vter vtra vtrum, Neuter neutra neutrum, vterque vtraque vtrumque Alteruter tra trum, Vnusquisque vnaquæque vnumquodque vniuscuiusque vnicuique &c. Item Vllus, Nullus, Solus, Totus. Quæ singula Pueris identidem proponenda sunt ad rimandum, ad describendum, ad perdiscendum.

ITalicam interpretationem alij aliam vsurpant inter declinãdum, maxime in pronominibus, & nominibus adiectiuis. Nominatiuo Bonus bona bonum, l'Huomo, la Donna, e la cosa buona. Nominatiuo Ille illa illud, quell'Huomo, quella Donna, e quella cosa. Noster videtur modus expeditior, il Buono, e la Buona, Quello, e Quella, il Quale, e la Quale. Hoc adeo magis, quod non habet Italica lingua genus neutrum, sed illud cum masculino confundit. Tamen vnusquisque consuetudinem retineat licet aut patriam, aut suam.

IN coniugando nihil necesse est, imo incommodum est ad docendum, & ad discendum miscere voces Optatini Vtinam amem, Dio voglia che io ami, Vtinam amarem, Dio volesse che io amassi. Sed pariter breuius atque commodius est ediscere tantum & cantare Subiunctiuum, qui cumulate vnus explet officia duorum.

M. AN-

M. ANT. MVRETVS PRESBYTER

M. ANTONIO FRATRIS F. S.

V Tinam ea tibi eueniant fili, quę me adduxerunt, vt te statim post obitũ patris mihi longe carissimi, ad me huc adduci, & in sinu ac complexu meo educari voluerim. Volui autẽ illud pcipue, vt quando florẽtissimũ regnũ, in quo vterq; nati sumus, Deo iustas pœnas eorum, quæ a nobis peccata sunt, exigẽte sæuis iam pridem tẽpestatibus agitatur; tu in hanc Christianæ religionis metropolim, tanquã in tutissimũ portum subductus, vera pietate adhuc tener imbuare, & ijs moribus assuefias, qui Christianũ hominẽ decent. Cupio equidẽ & alia tibi contingere, quibus vita & tranquillior et honoratior redditur; sed id, quod dixi primũ mihi ac præcipuũ votũ est: ceterę sũtq uędã quasi appendices et accessiones. Vt igitur voti compos fiam, debeo quidem id quotidianis precibus, vt facio, a Deo petere: neq; tamen interea cessare, sed omnia studiose facere ac procurare, quibus te meliorem, & virtutis amãtiorem posse fieri putẽ. Ea me causa impulit, vt præcepta quædam ad formãdos mores pertinentia, versibus quam potui maxime ad ætatis tuæ captũ accõmodatis concluserim, quæ legens, & in primis litterarũ rudimẽtis exerceare, & paulatim discas, quæ tibi in omni vita seruanda sint. Accipe hoc primum a me munusculum fili; & vt eo te dignum præstes, pro virium tuarũ modulo, iam nunc operam dato. Vale Romæ.



M. ANT. MVRETI INSTITVTIO PVERILIS,

Comprehensa versibus ad captum puerulorum, qui primis litteris imbuuntur, accommodatis.

Ad M. Antonium Fratris F.

DVM *tener es*, Murete, *auidis hæc auribus hauri:*
Nec memori modo conde animo, sed & exprime factis.
In primis venerare Deum*: venerare parentes,*
Et quos ipsa loco tibi dat natura parentum.
Mentiri noli: nunquam mendacia prosunt.
Si quid peccaris, venia est tibi prompta fatenti.
Disce libens. quid dulcius est, quã discere multa?
Discentem comitantur opes, comitantur honores.
Si quis te obiurget, male cum quid feceris, illi
Gratiã habe, et ne iterũ queat obiurgare, caueto.
Ne temere hunc credas, tibi qui blanditur, amicũ:
Peccantem puerum quisquis non corrigit, odit.

Qui semel incautum blando sermone fefellit,
Ille idem, dabitur quoties occasio, fallet.
Ne cuiuis sapiens, nec nulli credere debet;
Fallitur alter sæpe, fidem sibi detrahit alter.
Si quid forte mali aut facias, aut mente volutes,
Vt lateas homines, certe Deus omnia cernit.
Non nisi spectatis arcana sodalibus effer;
Quodque tacere voles alios, prior ipse taceto.
Nil cupide specta, nisi quod fecisse decorum est.
Turpia corrumpunt teneras spectacula mentes.
Auerte impuris procul a sermonibus aures:
Et qui illis gaudent, horum consortia vita.
Principio studij radix inamœna videtur,
Sed profert dulces paruo post tempore fructus.
Ludo indulsisti? subito euolat illa voluptas:
Legisti? vtilitas studio percepta manebit.
Vt moderata quies prodest, viresque ministrat:
Sic hebetat corpus nimia, ingeniumq; retundit.
Si studeas prodesse alijs, tibi proderis ipsi:
At nisi ames alios, & te quoque nullus amabit.
Successus faustos nunquam admirare malorum:
Sera licet, tamen olim illos sua pœna sequetur.
Si tibi grata quies, iuuenis ne parce labori:
Dux ad honoratã est homini labor ipse quietem.
Inspice te in speculo; et bona seu tibi forma videtur
Moribus obscænis illam fœdare caueto:
Seu tibi subtraxit vultus natura decorem;
Ingenio vt formæ compenses damna, labora.
Nil facito quod turpe putes fecisse videri:
Et cura, vt multis tibi sis pro testibus ipse.

Vt nos pauca loqui, plura autem audire moneret;
Linguã vnã natura, duas dedit omnibus aures.
Quæ seruare voles, ne crebero inuisere parce:
Namq; minus furem metuũt, quæ sæpe vidẽtur.
Blanditur primo, sed perdit inertia famam:
Aspera res primo est, sed fert industria laudem.
Aut vinum ne tange, aut multa prolue lympha:
Cum vino indulges, igni puer adijcis ignem.
Fac tibi sit vultus comis sermoque modestus;
Sic multos facile tibi conciliabis amicos.
Pauperiem ne cui misero exprobraueris vnquam;
Cuius munus opes, eiusdem est munus egestas.
Semper opum studio præfer virtutis amorem:
Non opibus virtus, sed opes virtute parantur.
Disce, & quæ discis, memori sub pectore conde:
Aut facias tãtundem, ac si cribro hauseris vndã.
Dulcia sint quãuis; nunquã tamẽ appete, quæ sunt
Aut damnum allatura, aut incussura pudorem.
Irasci noli temere. nil fœdius ira.
Quã quæcũq; mouere solent, ea temnere laus est.
Venti agitant celsis positas in montibus ornos;
A quibus in media tuta est arbuscula valle.
Sic & opes agitant maiora pericula magnas:
Tutior angustos comitatur vita penates.
Pauca loqui puero, sed tempestiua decorum est:
Hæc etenim ingenium res indicat, illa pudorẽ.
Scire cupis, quæ sit fama via certa paranda?
Talem te præsta, qualem te poscis haberi.

Verbera non metuet, metuet qui iussa Magistri:
Hæc qui contemnet, merito miser illa timebit.
Quam felix puer est, virtus in quo anteit annos:
Illum omnes meritis certatim laudibus ornant;
Et spectant cupide; & felicia cuncta precantur.
At contra nemo alloquio dignatur inertes:
Spernuntur cunctis, & vulgi fabula fiunt:
Vix oculis pater ipse illos satis aspicit æquis.
Non tãtum in præsens obsunt peccata, sed hoc plus;
Ad mala qđ pcliuẽ animũ adsuetudine reddũt.
Quæ bona sunt, sectare: etiam si dura videntur
Principio: longus paulatim ea molliet vsus.
Acceptum officium memora atq; extolle: sed abs te
Collatum extenua, & potius sine prædicet alter.
Vtilitas quoties pugnare videtur honesto,
Ne dubitare qdē fas est, quin vincat Honestas.
Sub laceris crebro virtus latet aurea pannis;
Cum stolidas aurum pecudes & purpura velet.
Nil laudis causa facito: & tamen omnia, laudem
Quæ tibi conciliare queunt, ea sedulus vrge.
Diuitias nec amare nimis, nec spernere debes:
Quãquã etenim nequeũt facere ac p̃stare beatũ;
Magna tamen vitæ sunt instrumenta gerendæ.
Fac contentus eo, quod contigit, vsque fruaris;
Sic tamen vt nunquã meliora requirere parcas.
Quã sint cũcta hominũ varia atq; incerta, notato:
Ne te vnquã aut aduersa p̃mãt, aut p̃spera tollãt.
Pauca quidem hæc, sed quæ studio seruata perenni,
Mirificos fructus progressu temporis edent.

Adspi-

Adspiret tantum cœptis Deus, omnia cuius
Consilio æterno, & certa ratione reguntur.
Quem tu & luce, puer prima cũ strata relinquis
Impiger, & dulcem repetis cum vespere somnũ;
Supplicibus facito places ante omnia votis.
Ille tibi ingeniumq; sagax; corpusque salubre,
Et multo meliora dabit: diffidere noli.
Tu modo ad illius semper refer omnia laudem.

Sententiæ Insignes.

DElibera lẽte: quod decreueris, cõstanter vrge.
Quæ in aliјs damnes, ipse ne feceris.
Regium est audire male, cum feceris bene.
Fratrum concordia quo uis muro tutior est.
Miserrima res senex egens.
Frustra viuit, cui vt bene viuat, nulla cura est.
Ab alio expectes, alteri quod feceris.
Amici vitia si feras, facis tua.
Fortuna vitrea est: cum splendet, facile frangitur.
Furor fit læsa sæpius patientia.
Non est dignus nomine hominis, qui vnum diem posuerit in voluptate.
Difficilia quæ pulchra.

CATALOGVS
PRAETERITORVM
AC SVPINORVM
INVENTV DIFICILIVM.

Quæ verba Præteritis atque Supinis careant.

AIo Aueo Salueo Ango Ambigo Batuo Cerno pro video Ferio Furo Fatisco Glisco Hisco Dehisco Labo Mæreo Nideo Polleo Plecto Sido Satago Sterto Turgeo Vergo Liquor Medeor Vescor Ringor Reminiscor.

Carentia Supinis tantum.

PRimum Inchoatiua fermè omnia cum suis Primitiuis: ut Calesco Frigesco Caleo Frigeo Rubeo Luceo Splēdeo Nigreo &c. Deinde Meditatiua; ut Parturio Nupturio Cenaturio. Postremo Impersonalia vocis actiuæ, ut Pluit Tonat Interest Refert Accidit Contingit Oportet Decet Pertinet Attinet Pudet Pænitet, præter admodum pauca notata suis locis: Item hæc: Annuo Abnuo Renuo Innuo Arceo Abstineo Cerno Conniueo Congruo Ingruo Conticeo Reticeo Compesco Dispesco Disco Dego Excello Emineo Egeo Indigeo Incesso Iaceo Lambo Linquo Luo Lugeo Lateo Metuo Timeo Paueo Mico Posco Psallo Prodigo Puteo Rudo Respuo Refello Studeo Sileo Strideo Sugo Sapio Scabo Scando Serpo Scateo Sum es est cum compositis, ut Possum Desum, Tremo Vado Vrgeo Volo Nolo Malo: ad hæc quædam ex his composita, quorùm certa regula tradi non potest, usu & scriptorum lectione discenda sunt.

CATALOGVS
PRÆTERITORVM
AC SVPINORVM.

A

ABſcondo	is	condi	ditum	aſcondere.
Adipiſcor	ſceris	adeptus ſum		acquiſtare.
Adoleſco	ſcis	adoleui	adultum	creſcere in età.
Affligo	gis	xi	ctum	sbattere in terra, o ve- (ro affliggere.
Ago	is	egi	actum	menare, come dir pe- (core, o trattare.
Alo	is	alui	alitum & altum	nudrire.
Algeo	ges	alſi		hauer freddo.
Allicio	icis	lexi	ctum	allettare
Allido	is	ſi	ſum	sbattere a qualche (luogo.
Amicio	is	ciui	ctum	coprire.
Ango	is	xi		affannare, & acco- (rare.
Abnuo	is	nui		crollare il capo, & far (cenno di nò.
Annuo	is	nui		far cenno di sì.
Arceo	es	cui		tener ſtretto, ò lon- (tano.
Aperio	is	rui	ertum	aprire.
Arguo	is	gui	gutum	incolpare.
Augeo	es	xi	ctum	accreſcere, & ingran- (dire.

B

BIbo	is	bi	bitum	bere.

C

CAdo	is	cecidi	caſum	cadere.
Cano	is	cecini	cantum	cantare.

Capio	is	cepi	captum	pigliare.
Carpo	is	psi	ptum	carpire.
Caueo	es	caui	cautum	guardarsi, o schiuare.
Cædo	is	cecidi	cæsum	battere, ouero tagliare.
Cedo	is	cessi	cessum	cedere, dar loco.
Circundo	as	dedi	datum	circondare.
Claudo	is	clausi	clausum	rinchiudere, o tener
				(rinchiuso.
Coalesco	scis	alui	alitum	vnirsi, farsi tutt'vno.
Coërceo	es	cui	citum	tener ristretto, fare sta-
				(re a segno.
Colo	is	colui	cultum	coltiuare, adorare, o
				(corteggiare.
Collido	is	si	sum	ammaccare, o percuo-
				(tere vna cosa con vn'altra.
Compesco	scis	cui		raffrenare.
Comminiscor	sceris	commentus sum		fantasticare, o cercare, o
				(trouar fantasticando.
Como	is	compsi	comptum	conciare, & far bello.
Compingo	is	pegi	pactum	comporre, cioè far di
				(più cose vna.
Comperio	is	cõperi	pertum	trouare.
Condio	is	iui	itum	condire.
Condo	is	didi	ditum	riporre, edificare.
Concresco	scis	creui	tum	agguagliarsi, o attac-
				(carsi su.
Confligo	gis	xi	ctum	abbattersi insieme.
Congruo	is	grui		confarsi.
Consumo	is	sumpsi	ptum	consumare.
Contingo	is	tigi	tactum	toccare.
Coquo	is	xi	ctum	cuocere.
Credo	is	didi	itum	credere, o prestar fede.
Crepo	as	pui	pitum	crepare, o scoppiare, &
				(far rumore.
Cresco	scis	creui	cretum	crescere.
Cubo	as	bui	bitum	star a giacere.

Cudo	is	di	cusum	battere alla zecca, e alla (fucina.
Cupio	is	piui	pitum	desiderare.
Curro	is	cucurri	cursum	correre.

D

DEcerno	is	creui	cretum	determinare.
Deferuesco	is	ferbui		raffreddarsi.
Deleo	les	leui	letum	cancellare.
Demo	is	mpsi	mptum	tor via.
Desino	is	siui	vel sij sitũ	lasciare.
Desisto	is	destiti	itum	cessare.
Dirimo	is	emi	emptum	spartire.
Diripio	is	pui	reptum	saccheggiare.
Diruo	is	rui	rutum	ruinare.
Diligo	is	exi	lectum	voler bene.
Domo	as	mui	mitum	domare.
Duco	cis	xi	ctum	menare, o guidare.

E

EDo	is	edi	esum vel estum	mangiare.
Elicio	is	cui	citum	cauar gentilmente.
Elido	is	si	sum	schiacciare.
Eligo	is	legi	ctum	eleggere, o sciegliere.
Eluceo	es	xi		rilucere.
Emungo	gis	xi	nctum	mungere, o soffiare il (naso.
Eneco	cas	cui	ctum	ammazzarre, o affo- (gare.
Eruo	is	rui	rutum	cauar per forza.
Excello	is	lui		auanzare, o esser eccel- (lente.
Exero	is	rui	ertum	cauar fuori.
Exilio	is	lui, vel liui, vel lij		sultum saltar fuori.
Expergiscor	ris	rectus	sum	suegliarsi.
Explodo	is	si	sum	cacciar via con strisciar (& batter de piedi.
Exprimo	is	pressi	pressum	cauar spremendo.

Farcio

F

Farcio	is	si	fartum	riempire, come dir vna (balla, o vn cuscino.
Fallo	is	fefelli	falsum	ingannare, & gabbare.
Fateor	eris	fassus	sum	confessare.
Fido	is	fisus	sum	fidarsi.
Figo	is	xi	xum	ficcare.
Findo	is	fidi	fissum	fendere, o spaccare.
Fingo	is	finxi	fictum	fingere, & formare.
Flecto	is	xi	xum	piegare.
Fluo	is	xi	xum	scorrere.
Fodio	is	di	ssum	zappare.
Foueo	es	ui	fotum	tener in seno.
Frango	is	egi	actum	spezzare.
Fremo	is	mui	mitum	fremere.
Frico	cas	cui	ctum	stropicciare.
Frigo	is	xi	xum vel ctum	friggere.
Fulcio	is	si	ltum	sostentare.
Fulgeo	es	si		risplendere.
Fundo	is	fudi	sum	spargere.
Fugio	is	gi	gitum	fuggire.

G

Gemo	is	mui	mitum	piangere.
Gero	is	ssi	stum	portare.
Gigno	is	genui	genitum	generare.
Gradior	deris	gressus	sum	caminare.

H

Haereo	res	si	sum	accostarsi, ouer attaccarsi.
Haurio	is	si	stum	attingere, cioè cauar come acqua o vino.

I

Ico	is	ici	ictum	percuotere.
Indulgeo	es	si	ltum	condescendere, o compiacere.

Ingruo

Ingruo	gruis	grui		soprastare, venir sopra.
Iubeo	es.	ssi	ssum	comandare .
Iuuo	as	iuui	adiutum	giouare .
Incido	is	idi	isum	intagliare, ò tagliare.
Incido	is	idi		cascar dentro , ò abbatter si in qualche cosa.
Iutueor	eris	itus	sum	risguardare .
Irraucesco	scis	irraucui		arrocarsi .

L

Labor	eris	psus	sum	scorrer, o sdrucciolare.
Lambo	is	lambi		leccaré.
Langueo	es	langui		languire.
Lateo	es	tui		star nascosto.
Lauo	as	laui	lotum, vel lautum	lauare .
Ledo	is	si	sum	offendere .
Lino	is	lini	liui vel leui litum	vngere , & impiastrare .
Lingo	is	xi	lictum	leccare .
Linquo	is	liqui	in compos. lictum	lasciar & abbandonare.
Luceo	es	xi		rilucere , o far lume
Ludo	is	si	sum	giocare, o scherzare.
Lugeo	es	xi		piangere .

M

Maneo	es	si	sum	restare .
Metior	iris	mensus sum		misurare .
Metuo	is	tui		hauer paura.
Meio	is	minxi	mictum	orinare .
Mitto	is	misi	ssum	mandare .
Meto	is	ssui	ssum	mietere .
Mergo	is	si	sum	attuffare .
Misceo	es	cui	stum	mescolare .

Mole

Molo is lui itum macinare.
Mordeo es momordi morſum mordere.
Moueo es moui tum mouere.
Mulceo es ſi ſum luſingare, adolcire, & (ammollire.
Mulgeo es ſi mongere.

N

NAnciſcor eris nactus ſum trouar appoſtando.
Neco cas cui vel aui atum ammazzarre.
Necto is xui xum aggroppare, o annodare
Negligo is exi ctum ſprezzare, o non far (conto.
Nitor eris ſus vel xus ſum sforzarſi, o appoggiarſi.
Noceo es cui citum nocere, o far male.

O

OCculo is lui occultum aſcondere.
Obſideo es ſedi ſeſſum aſſediare.
Oleo es lui litum render odore.
Operio ris rui ertum coprire.
Ordior iris orſus ſum ordire, o cominciare.

P

PAciſcor eris pepigi & pactus ſum far patto.
Pando is di ſum aprire, o ſtendere.
Pango is pepegi pactum piantare, ouer cōporre.
Parco cis peperci vel parſi ſum perdonare.
Pareo es rui obedire, far a ſenno d'altri.
Pario is peperi partum partorire.
Paſco is paui ſtum paſcere.
Pateo es tui ſum eſſer aperto.
Pecto is xui xum pettinare.

Pelliceo	is	exi	ctum	indurre.
Pello	is	pepuli	pulſum	ſpingere, o cacciar via.
Pendeo	es	pependi	penſum	ſtar attaccato.
Pendo	is	pependi	penſum	attaccare, o peſare, ouer (pagare.
Percello	is	perculi	perculſum	atterrare, o battere per (terra.
Percrebeſco	is	bui		andarſi dicendo.
Peto	is	petiui vel petij	itũ	domandare in gratia.
Pinſo	is	pinſui	piſtum	peſtare
Pingo	is	xi	pictum	dipingere.
Placeo	es	cui	itum	piacere.
Plaudo	is	ſi	ſum	far feſta con le mani.
Plecto	is	*piglia*	multaui multatum	punire.
Plico	as	cui	citum	piegare.
Polleo	es			poter, hauer forza.
Polluo	is	llui	lutum	imbrattare.
Pono	is	ſui	ſitùm	mettere.
Poſco	ſcis	popoſci		domandare, o chiedere.
Potior	iris	potitus ſum		impadronirſi.
Poto	as	aui vel potus ſum	potum	bere.
Præſto	as	ſtiti	ſtitum, vel ſtatum	mãtenere, e far buo- (no, ouer auanzare.
Premo	is	preſſi	preſſum	calcare.
Prandeo	es	di vel pranſus ſum		pranzare.
Promo	is	prompſi	mptum	cauar fuori.
Pſallo	is	pſalli		cantare.
Pungo	is	pupugi	punctum	pungere.

Q

Quatio	is	quaſſaui	quaſſum	sbattere.
Quęro	is	ſiui	ſitum	cercare.
Queror	reris	ſtus	ſum	lamentarſi.

R

Rado	is	ſi	ſum	radere.
Récido	is	cidi	caſum	ricaſcare.

Recido

Recido	is	cidi	cisum	troncar via.
Rapio	is	pui	ptum	rapire.
Refello	is	lli		confutare.
Rego	is	xi	ctum	reggere.
Reor	reris	ratus	sum	pensare.
Reperio	is	reperi	repertum	trouare.
Repo	is	psi	ptum	strascinarsi per terra.
Resisto	is	restiti	restitum	restar addietro, o far re-(sistentia.
Respondeo	es	respondi	sum	rispondere.
Respuo	is	pui		sputar fuori cosa che (non piaccia.
Retundo	is	retudi	retusum	rintuzzare, ammaccare.
Reuerto	is	reuerti	reuersum	ritornare.
Rideo	es	risi	sum	ridere.
Rigeo	es	gui		star teso.
Rodo	is	si	sum	rodere.
Rumpo	is	rupi	ptum	rompere.
Ruo	is	rui	ruitum	in compost. rutum an-(dare in ruina.

S

Salio	is	liui, vel ij,	saltum	saltare.
Salio	is	li	salsum	salare.
Sancio	is	xi, vel iui	ctum, vel citum	confermare.
Sapio	is	pui, vel pij		hauer sapore, o esser sa-(uio.
Sarcio	is	si	sarctum	rapezzare.
Scindo	is	di	ssum	spartire, o stracciare.
Seco	as	secui	sectum	segare, o tagliare.
Sedeo	es	di	ssum	sedere.
Senesco	scis	senui		inuechiarsi.
Sentio	is	si	sum	sẽtire, & esser di parere.
Sepio	is	psi	ptum	circondare, attorniare.
Sepelio	is	liui	pultum	sepellire.
Sero	is	seui	satum	seminare.
Serpo	is	psi		andar serpendo.

Sido

Sido	is	*piglia* sedi sessum posare.		
Singultio	is	iui	gultum	hauer il singhiozzo.
Sino	is	siui	situm	lasciare.
Sisto	is	*di rado fa* stiti statum presentare.		
Soluo	is	ui	solutum	sciorre, o pagare.
Soleo	es	solitus sum		solere.
Sorbeo	es	psi	vel bui psi	inghiottire.
Spondeo	es	spopōdi sponsum		promettere, o far sigurtà
Sterno	is	straui	stratum	buttare a terra, o coprire.
Sterto	is			ronfare.
Sto	as	steti	statum	stare in piedi.
Strepo	is	pui		far strepito.
Strideo	es	di		stridere.
Stringo	is	nxi	strictum	stringere.
Struo	is	xi	ctum	comporre, o mettere in ordine.
Suadeo	es	si	sum	consigliare.
Sugo	is	xi		succhiare.
Surgo	is	rexi	rectum	sorgere, o leuarsi in piedi.
Sumo	is	mpsi	mptum	pigliare.
Supplico	as	aui	atum	supplicare.
Supplodo	dis	si	sum	batter de piedi.

T

TAceo	es	cui	itum	tacere.
Tāgo	is	tetigi	tactum	toccare.
Tego	is	xi	ctum	coprire.
Temno	is	empsi in comp. mptum sprezzare.		
Tendo	is	tetendi ensum, & tentum in compos. stirare.		
Teneo	es	nui	tentum	tenere.
Tergeo	es	si	sum	forbire, nettare.
Tergo	is	si	sum	far polito.
Tero	is	triui	tritum	lograre, o consumare.
Texo	is	xui	xtum	tessere, o intrecciare.
Timeo	es	mui		temere, o hauer paura.
Tollo	is	sustuli	sublatum	alzar da terra o tor via.

Tondeo	es	totondi	tonſum	toſare.
Tono	as	tonui		tonare.
Torreo	es	rui	toſtum	arroſtire.
Torqueo	ques	ſi	tortum	torcere, o tormentare.
Tremo	is	tremui		tremare.
Trudo	is	ſi	ſum	ſcacciar via vrtando.
Traho	his	xi	ctum	tirare, o ſtraſcinare.
Tueor	eris	tuitus	ſum	guardare, o difendere.
Tundo	is	tutudi	tuſum	peſtare.
Turgeo	es			gonfiarſi.

V

Valeo	es	lui		ſtar ſano, o potere.
Væneo	nis	nij	vænum	eſſer venduto.
Veho	his	xi	ctum	portar ſopra beſtie, carri, o vaſcelli.
Vello	is	lli	vulſum	ſtirpare.
Venio	is	ni	ventum	venire.
Verro	is	rri	vel rſi ſum	ſcopare.
Verto	is	ti	ſum	voltare.
Veſcor	ris			mangiare.
Veto	as	tui	titum	vietare.
Video	es	di	ſum	vedere.
Vinco	cis	ci	ctum	vincere.
Vincio	is	vinxi	vinctum	ligare.
Viſo	is	ſi	ſum	andare a vedere.
Viuo	is	xi	ctum	viuere.
Vlciſcor	ris	ultus	ſum	vendicarſi.
Volo	uis	volui		volere.
Voluo	uis	volui	volutum	voltare.
Vomo	is	mui	mitum	vomitare.
Voueo	es	uoui	votum	far voto.
Vngo	gis	xi	ctum	vngere.
Vro	is	ſſi	vſtum	bruciare.
Vtor	eris	vſus	ſum	vſar, o ſeruirſi.

De

e compositis prima Regula.

ompositum simplexq; modo flectuntur eodem.

In Compositis manent Præterita, & Supina simplicium; vt Fero tuli latum, Persero pertuli perlatum. Excipiuntur, quæ proxima Regula continentur.

Secunda Regula.

Cum geminat Simplex, compostum non geminabit,
Excipe; quæ gignunt Do Sto cum Poscere Disco.

Cum verbum simplex geminat principium præteriti, compositum non geminat: vt Tundo tutudi, Contundo contudi non Contutudi; Pello pepuli, Compello compuli, non compepuli. excipiuntur illa quatuor, Do Sto Posco Disco, quæ in compositis integrum retinent Præteritum: vt Dedi Circundedi, Steti, Constiti, Poposci Depoposci, Didici Edidici: tamen Repungo habet non Repugi, sed Repupugi, Præcurro, non solum Præcurri, sed etiam Præcucurri; sic Decucurri Procucurri.

Tertia Regula.

Nulla Supina ferunt, sibi principium geminari,
Vt pello pepuli pulsum, minimeque pupulsum.
Sic curro cucurri cursum, non cucursum.

NOTÆ.

P*Ræter generales Regulas notanda sunt in Compositis Præterita & Supina non nulla, in quibus aut rimandis, aut dignoscendis, aut pronunciandis, pueri frequenter peccant, ea fere sunt hæc.*

Composita a Cano, habent nui entum; vt Occino occinui occentum, sic Concino Accino Recino Succino.

A Cubo as Composita, habent cubaui cubatum; vt Accubo Incubo Excubo: a Cumbo is cubui cubitum; vt Incubo Discumbo Procumbo & alia.

Duo a Lego habent lexi, Diligo Intelligo: Duo a Nos- bent itum, vt Cognitum Agnitum.

Composita ex Oleo, idest Odorem emitto, habent lui l breuia, vt Obolea Suboleo Redoleo: quæ vero ab odoris sign- catione recedunt, & fere in sco desinunt. vt Obsolesco Exoles- Inolesco, habent leui letum. tamen Aboleo pro Deleo siue Perdo habet Aboleui: Adolesco pro Cresco habet Adultum.

A Plico aui atum; vt Duplico Complico Supplico: hæc tria etiam cui citum, Applico Explico Implico.

A Quatio cussi cussum: vt Incutio Excutio Percutio: a Cudo, cudi cusum, vt Excudo Recudo Procudo.

A Salio lui lini lij vltum, vt Insilio Desilio Prosilio Resilio.

A Sero idest semino aut planto, seui situm breue; vt Insero Consero Obsero, quæ vero ad rem rusticam non spectant, & aliã significationem adsciscunt, rui ertum, vt Insero pro immisceo, Consero pro concerto, Dissero pro disputo, Intersero pro interpo- no & alia.

A Sto stiti stitum, raro statum, vt Obsto Resto Præsto; Sic a Sisto: vt Obsisto Resisto onsisto Subsisto Desisto Persisto.

A Tego texi tectum; vt Contego Detego Protego; a Texo te- xui textum; vt Contexo Retexo Pertexo.

A Vinco vici victum, vt Deuinco Conuinco; A Vincio vin- xi vinctum: vt Reuincio Deuincio.

Abscidi, mediam syllabam habet communem; quia tam a Ca- do, quam a Scindo deduci potest, addita præpositione Ab vel Abs: at Conscidi Rescidi Discidi Proscidi Interscidi; quia non nisi a scindo esse possunt, breuem habent penultimam.

Excitus, in carmine mediam communem habet, in soluta oratione semper breuem; Acceitus vtrobique longam, reliqua a Cieo vbique breuem; vt Percitus Concitus Incitus.

Pendeo des pependi pensum, significat Herere aut Suspensum esse; sic Impendeo Dependeo Propendeo. at Pendo dis pependi pensum significat Ponderare aut Soluere, sic Impendo Expendo Dependo Appendo Suspendo.

GVARINVS

Siue

INTRODVCTIO

AD LATINAM LINGVAM,

A Marco Antonio Bonciario

Collecta, & ad Puerorum vſum accommodata.

POSTREMA EDITIO, caſtigatior, & Notis auctior.



PERVSIAE,

Ex Typographia Auguſta. CIↃ. IↃC XI.

RVDIMENTA
PARTIVM ORATIONIS
DE LITTERIS.



VID est Grammatica? Est ars recte loquendi, recteque scribendi, vsu & auctoritate Scriptorum veterum comprobata. Quot sunt partes Grammaticæ? Quattuor, littera vt V, Syllaba vt Ve, Dictio vt Veritas, Oratio vt Veritas odium parit. Quot sunt litteræ? Viginti tres A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, x, y, z: etsi h quidem non est littera, sed adspiratio; K vero est superuacua. Quot sunt vocales? Quinque A, e, i, o, u, & vna Græca ypsilon. reliquæ consonantes dicuntur. I & V præpositæ vocalibus in eadem syllaba, fiunt consonantes, vt Vanum Vulgus, Iacio Deijcio. Quot sunt diphthongi? Quattuor Ae, oe, au, & eu: ex quibus æ œ scribuntur, sed non proferuntur: au & eu scribuntur, & proferuntur. Quot sunt mutæ? Nouem B, c, d, f, g, K, p, q, t. Quot sunt liquidæ? Quattuor L, m, n, r. Quot sunt duplices? Tres x, z, & i media inter duas vocales; vt Aio Troia.

De Nomine.

QVot sunt partes Orationis? Decem Quinque declinabiles, Nomen Verbum Pronomen Participium & Gerundium; Quinque indeclinabiles, Supinum Præpositio Aduerbium Interiectio & Coniunctio.

QVid est Nomen? Est pars Orationis, per casus declinabilis, rem corpoream vel incorpoream sine tempore significans.

ficans. Quod est nomen Substantiuum? Quod variatur per vnum articulum tantum, vt hic Petrus, vel ad summum per duos, vt hic & hæc Parens. Quod est nomen Adiectiuum? Quod variatur per tres articulos & tres voces; vt hic Acer, hæc acris, & hoc acre: vel per tres articulos & duas voces; vt hic & hæc fortis & hoc forte: vel per tres articulos & vnam vocem; vt hic & hæc & hoc felix: vel per tres diuersas voces; vt Bonus bona bonum. Quod est nomen proprium? Quod vni soli conuenit; vt Romulus Roma Thybris. Quod est nomen Appellatiuum? Quod est commune multorum; vt Homo Flumen Oppidum. Quod est nomen Collectiuum? Quod numero singulari significat multitudinem; vt Populus Gens Turba.

Nomini quot accidunt? Sex, Species, genus, numerus, figura, casus & declinatio. Quot sunt Species Nominum? Duæ, Primitiua, vt Mons; Deriuatiua, vt Montanus. Quot sunt genera nominum? Quinque, Masculinum, vt hic Deus; Fœmininum, vt hæc Maria; Neutrum, vt hoc Cęlum; Commune, vt hic & hæc virgo; Omne, vt hic & hæc & hoc felix. Quot sunt Numeri Nominum? Duo, Singularis, vt Nauta; Pluralis, vt Nautæ. Quot sunt figuræ Nominum? Duæ, Simplex, vt Iustus; Composita, vt Iniustus. Quot sunt Casus Nominum? Sex, Nominatiuus, vt Cæsar; Genitiuus, vt Cæsaris; Datiuus, vt Cæsari; Accusatiuus, vt Cæsarem; Vocatiuus, vt ò Cæsar; Ablatiuus, vt à Cæsare. Quot sunt Recti? Duo, Nominatiuus & Vocatiuus. Quot sunt Obliqui? Quattuor, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus & Ablatiuus. Quot sunt Declinationes Nominum? Quinque, prima cuius genitiuus singularis in æ diphthongum desinit; vt hic Poëta huius Poëtæ; Secunda in i, vt hic Dominus huius Domini; Tertia in is, vt hic Pater huius Patris; Quarta in us vel in u, vt hic Visus & hoc Cornu; Quincta in ei diuisas syllabas, vt hęc Res huius Rei.

De Verbo.

Quid est Verbum? Est pars Orationis, per modos & tempora declinabilis, agere vel pati significans. Verbo quot

accidunt? Octo, Genus Tempus Modus Species Figura Persona Numerus & Coniugatio. Quot sunt Genera Verborum? Quinque, Actiuum, vt Amo; Passiuum, vt Amor; Neutrum, vt Seruio; Commune, vt Amplector; Deponens, vt Persequor. Quot sunt Tempora Verborum? Quinque, Præsens, vt Amo; Præteritum imperfectum, vt Amabam; Præteritum perfectum, vt Amaui; Præteritum plusquam perfectum, vt Amaueram; Futurum, vt Amabo. Quot sunt Modi Verborum? Quinque, Indicatiuus, vt Amo; Imperatiuus, vt Ama; Optatiuus, vt Vtinam amem; Subiunctiuus, vt Cum amem; Infinitiuus, vt Amare. Quot sunt species Verborum? Duæ, Primitiua, vt Serueo; Deriuatiua, vt Feruesco. Quot sunt Figuræ Verborum? Duæ, Simplex, vt Amo; Composita, vt Redamo. Quot sunt Personæ Verborum? Tres, Prima, vt Amo; Secunda, Vt Amas; Tertia, vt Amat: & sic in plurali Prima, vt Amamus; Secunda, vt Amatis; Tertia, vt Amant. Quot sunt Numeri Verborum? Duo, Singularis, vt Amo; Pluralis, vt Amamus. Quot sunt Coniugationes Verborum? Quattuor, Prima, quæ in secunda persona præsentis Indicatiui modi habet as, aut aris; vt Amo as, & Amor aris: Secunda es, aut eris; vt Doceo es, & Doceor eris: Tertia is, aut eris breue; vt Lego is, & Legor eris: Quarta is, aut iris longum; vt Audio is, & Audior iris.

De Pronomine, & Participio.

QVid est Pronomen? Est pars Orationis declinabilis, quæ pro nomine ponitur, & rem certam significat. Quot sunt Pronomina Primitiua? Tria, Ego, Tu, Sui. Quot sunt Pronomina Possessiua? Quinque, Meus, Tuus, Suus, Noster & Vester. Quot sunt Pronomina Gentilia seu Patria? Duo, Nostras, & Vestras. Quot sunt Pronomina modo Demonstratiua, modo Relatiua? Quinque, Ille, Ipse, Iste, Hic, & Is. Vnum semper Relatiuum, Qui quæ quod. Quot sunt Pronomina habentia vocatiuum? Quattuor, Tu, Meus, Noster & Nostras. Quot sunt Personæ Pronominum? Tres, Prima vt Ego; Secunda vt Tu;

Tertia

Tertia vt Ille: & sic in plurali, Prima vt Nos; Secunda vt Vos; Tertia vt Illi. Reliqua omnia tam Nomina, quam Pronomina sunt personæ tertiæ, exceptis casibus Vocatiuis, qui sunt personæ secundæ.

Quid est Participium? Est pars Orationis declinabilis, quę habet genera & casus ad similitudinem nominis, tempora & significationes ad similitudinem verbi, numerum & figuram ad similitudinem vtriusque: vt Amans, Amatus, Amaturus, & Amandus.

De Gerundio, & Supino.

QVid est Gerundium? Est pars Orationis in Di, do, dum, modo declinabilis, modo indeclinabilis, quæ a Latinis vsurpatur pro Infinito: vt Tempus est legendi, idest Legere.

Quid est Supinum? Est pars Orationis indeclinabilis in Vm, & in V, quæ similiter vsurpatur pro Infinito: vt Venio lectum, idest Legere: Dignus laudatu, idest Laudari, vel qui laudetur.

De Prępositionę, et Aduerbio

QVid est Præpositio? Est pars Orationis indeclinabilis, quæ ceteris partibus præponitur vel coniuncta vel separata, vt Prædico Disiungo Antepono Præ studio, Ante prandium.

Quot sunt Præpositiones seruientes Accusatiuo? Triginta duæ, Ad, apud, ante, versus, aduersus, vel aduersum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, propter, secundum, post, trans, vltra, præter, supra, circiter, vsque, secus, penes. Quot sunt Præpositiones seruientes Ablatiuo? Quindecim, A, ab, abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absque, tenus. Quot sunt Præpositiones seruientes vtrique casui? Quattuor, In, sub, super, & subter. Quid est Aduerbium? Est pars Orationis indecli-

nabilis.

nabilis, quæ vocibus addita earum significationem explanat, atque determinat: vt Bene Male Prudenter Imprudenter & mille talia.

NOTÆ.

Ante & Post cum dictionibus temporis aut spatij positæ, in principio Accusatiuum postulant; vt Post multos dies, Ante biennium; in fine Ablatiuum, vt Multis diebus post, Biennio ante; in medio vtrunque, vt Paucis post diebus, vel paucos post dies, Aliquo post interuallo, Non multis ante mensibus &c.

Tantum quantum adherent verbis; vt Tantum scribis, Quantum legis. Tam & Quam etiam nominibus; vt Tam doctus, quam diues; Tam te diligo, quam qui maxime.

DE Interiectione, & Cõiunctione.

QVid est Interiectio? Est pars Orationis indeclinabilis, quæ interiecta orationi varios animi affectus indicat: vt Heu, papæ, malum, infandum, nefas &c.

Quid est Coniunctio? Est pars Orationis indeclinabilis, quæ annectit ordinatque sententiam: vt Quare, cum, quia, &, que, ac, atque, & his similia.

NOTÆ.

Coniunctionum aliæ sunt præpositiuæ, quæ in Oratione præcedunt, Aut, at, atque, ast, vel, nec, neque, nisi, seu, siue &c. Aliæ Subiunctiuæ, quæ in Oratione succedunt, Que, ve, ne, quidem, quoque, autem, vero, enim. Aliæ Mediæ siue Commu-

nes, quæ in Oratione modo præcedunt, modo succedunt; Ergo, igitur, itaque, equidem, nanque &c. Ac, nunquam fere ponitur ante vocales; nec enim dicimus, Tu ac ego, Franciscus ac Antonius, sed potius Tu & ego, Franciscus atq; Antonius.

ADMONITIO.

Partes Orationis indeclinabiles ideo vberius persecuti non sumus, quod nunc quidem tirones pueros in ijs exerceri non conuenit: nobis vero propositum est ea tradere, non quæ magistrum ipsum decet scire, & ad plenam huius artis cognitionem pertinent; sed quæ tantummodo primam institutionem, & disciplinam continent puerilem. Illa exquisita, subtilia, & magis abdita, in quibus ad certum ordinem redigendis Grammatici sudant, nos quidem vt professoribus ipsis maxime necessaria, ita alio properantibus minime vtilia fore putamus. & illa tamen non ex nostra puerili introductione, sed ex doctorum vberrimis Commentarijs petenda sunt. quorum ego quidem duos plurimi facio, & omnium instar habeo, Augustinum Saturnium, & Emmanuelem Aluarum Lusitanum ex Societate IESV.

De Concordantijs.

Adiectiuum cum Substantiuo in quot debet concordare? In tribus, Genere numero & casu; vt Pater bonus, Mater bona, Vinum bonum. Relatiuum cum Antecedente? In duobus, Genere & numero; vt Poëta quem, Musa cui, Templum a quo. Nominatiuus cum verbo? In duobus, Persona & numero; vt Ego lego, Magister docet, Discipuli audiunt.

NOTÆ.

Præter communes tritasq; inflectendi exercitationes, dictanda sunt pueris concordantia vulgaris lingua, eo fere modo,

quo

quo præcipit Franciscus Priscianensis, vt verbum verbo latine reddant, easque a Præceptoribus emendatas, in libellum referant hoc modo.

IL Poëta elegante, del quale:
I Poëti eleganti, delli quali:
O Poëta elegante, dal quale &c.
Poëta elegans, cuius:
Poëtæ elegantes, quorum:
O Poëta elegans, a quo &c.

DE VERBIS ACTIVIS.

VErbum Actiuum est, quod desinit in o, & format ex se passiuum in or, vt Amo amor. Eius classes, seu regulæ sunt sex, *A*ctiuum simplex, Possessiuum, Acquisitiuum, Transitiuum, Effectiuum, *S*eparatiuum.

VErbum Actiuum simplex est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem: vt Ego amo Deum.

Amo	as	aui	atum	per amare.
Lego	gis	gi	ctum	per leggere.
Fero	fers	tuli	latum	per portare.
Acquiro	is	siui	situm	per acquistare.
Sperno	is	spreui	spretum	per disprezzare.
Laudo	as	aui	atum	per lodare.
Adspicio	is	pexi	pectum	per risguardare.
Adiuuo	as	iuui	iutum	per aiutare.
Verbero	as	aui	atum	per battere.
Honoro	as	aui	atum	per honorare.

VErbum Actiuum Possessiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra genitiuum: vt Ego arguo te magni sceleris. Tu insimulasti me furti. Pretium tamen in ablatiuo ponitur: vt Emi librum tribus denarijs. Conduxi domum magno pretio. Excipe hos geni-

genitiuos, Tanti quanti pluris & minoris: vt *V*endo triticum tanti, quanti alij vendunt, non pluris neque minoris.

Emo	is	emi	emptum	per comprare.
*V*endo	is	didi	ditum	per vendere.
Aeſtimo	as	aui	atum	per ſtimare.
Loco	as	aui	atum	per dare a pigione, o a (fitto.
Conduco	cis	xi	ctum	per togliere a pigione, (o a fitto.
Accuſo	as	aui	atum	per accuſare.
Reprehẽdo	is	endi	enſum	per riprendere.
Admoneo	es	aui	nitum	per ammonire.

VErbum actiuum Acquiſitiuum eſt, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe accuſatiuum patientem, & vltra datiuum: vt Ego do panem pauperibus,

Do	das	dedi	datum	per dare.
Dono	as	aui	atum	per donare.
Reddo	is	didi	ditum	per rendere.
Affero	fers	tuli	latum	per apportare.
Promitto	is	miſi	miſſum	per promettere.
Mando	as	aui	atum	per commettere.
Declaro	as	aui	atum	per dichiarare.
Narro	as	aui	atum	per racontare.

VErbum actiuum Tranſitiuum eſt, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe accuſatiuum patientem, ſignificantem rem animatam; deinde alium accuſatiuum: vt Ego doceo te Grammaticam.

Doceo	es	cui	ctum	per inſegnare.
Celo	as	aui	atum	per celare.
Oro	as	aui	atum	per pregare.
Exoro	as	aui	atum	per impetrare.
Interrogo	as	aui	atum	per domandare, item (rogo.
Poſco	ſcis	popoſci ſine ſupino		per chiedere, item (poſtulo.

Ver-

Verbum actiuum Effectiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra ablatiuum sine præpositione: vt Ego spolio te veste.

Spolio	as	aui	atum	per spogliare.
Vestio	is	iui	itum	per vestire.
Impleo	es	eui	etum	per empire.
Vacuo	as	aui	atum	per votare.
Onero	as	aui	atum	per caricare.
Exonero	as	aui	atum	per scaricare.
Orno	as	aui	atum	per adornare.
Priuo	as	aui	atum	per priuare.

Verbum actiuum Separatiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem, & vltra ablatiuum cum præpositione a vel ab, vel de, vel ex: vt Ego accepi tuas litteras a Tabellario.

Accipio	is	cepi	acceptum	per riceuere.
Intelligo	is	xi	ctum	per intendere.
Disco	is	didici	ſ ſ.	per imparare.
Peto	is	tij	vel tiui petitum	per domandare.
Remoueo	ues	moui	motum	per rimouere.
Defendo	is	fendi	sum	per difendere.
Expello	is	puli	pulsum	per discacciare.
Separo	as	aui	atum	per separare.

NOTÆ AD SINGVLAS Classes Actiuorum.

Ad Primam hæc quoque pertinent verba infrascripta, Diligo Colo Obseruo, Video Cerno Conspicio &c. Timeo Metuo Paueo Formido, Porto Gesto Gero Congero Congrego Coaceruo, Instauro Reparo Reficio, Tango Attingo, Nosco Agnosco Recognosco; Mitigo Lenio Placo Mulceo, Desidero Opto Cupio; Percutio Percello Pulso Ferio, Solicito Ango Affligo Pungo Mordeo Crucio Torqueo Lanio Lacero, Vulnero Saucio Caedo Occido

de Neco Obtrunco Perimo Interimo Interficio , Contristo, Exhilaro Delecto Recreo , Amitto Perdo , Quæro Inuestigo Reperio Inuenio , Teneo Possideo , Calleo Scio Nescio , Moueo Turbo Quatio Fastidio Despicio Deludo Lædo Offendo Opprimo , Probo Commendo Celebro Illustro , Considero Perpendo Excogito, Lego Eligo , Voco Appello Nomino . Item Facio & Pendo cum compositis, vt Magnifacio Flocci facio Paruipendo Perterrefacio Calefacio &c. Denique omnia in o, cum simplicem accusatiuum a tergo habent, vt Plato docuit Agriculturam ; Verres fana spoliauit , Scipio vrbem defendit . Item quæ loco Accusatiui habent infinitum ; vt Spero discere.

Fastidire significat fastidio habere , despicere ac pro vili æstimare; semperque habet a fronte nominatiuum personæ agentis: vt Viri sapientes fastidiunt turpem voluptatem. Questi pensieri m'infastidiscono , cioè mi danno noia , e recano fastidio . *Hæ cogitationes tadio me afficiunt, & molestiam mihi afferunt. vel Has cogitationes ego fastidio .*

Fallere significat decipere ; vt Spes me fefellit, idest decepit. Tu hai sfallita la via ; cioè smarrita o perduta . *Tu viam amisisti , hoc est A via aberrasti , vel Via te fefellit .*

Capio pro Contineo locum mittit ad nominatiuum, rem locatam ad accusatiuum, sic : In questa Scola capono dugento persone . *Capit hæc Schola ducentos homines .*

Prima & secunda persona fere non exprimũtur, nisi aut caussa maioris significationis , vt Tu innocentior quam Metellus ? aut cum altera alteri opponitur, hoc modo Si tu & Tullia valetis, Ego & Cicero valemus .

Agens est , a quo actus verbi egreditur : Patiens , in quod idem actus transfertur , atque recipitur . Verum hæc nimis minuta sunt , & Magistrorum solertiæ relinquenda . Vnum moneo, ad rem Grammaticam , & ad copiam latini sermonis plurimum conducere; Si Pueri primo quoque tempore assuescant vertere de latino Regulas , quæ identidem a Magistro explicantur; & verba ista, singulis Classibus attributa , Lexicorum ope interpretari .

Ad secundam . Accuso Arguo, Defero Postulo Appello, Damno Condemno

Condemno Absoluo, Admoneo Commoneo, pro Genitiuo interdum habent ablatiuum cum de; vt Milo accusatus est de vi, Absolutus de alea, Damnatus de maiestate.

Hæc verba Corripio *Vitupero* Culpo *Castigo* Plecto *Punio Purgo Excuso cum genitiuo iungi non solent. non enim vsitate dicimus, Excuso te negligentiæ vel auaritiæ; sed potius, Culpo Damno Vitupero negligentiam vel auaritiam tuam.*

Hæc duo, Nomen & Crimen, ablatiuo semper efferuntur; vt Arguis me nomine negligentiæ, & Condemnabo eodem ego te crimine.

Ad Tertiam. Dico indico Prædico, *Memoro* Commemoro, Nuncio Refero *Apporto, Scribo Rescribo Respondeo Significo Ostendo Demonstro Explico Expono Enucleo Edissero, Mitto Remitto Dimitto Condono, Dedo Cedo* Concedo *Præbeo Tribuo Suppedito, Attribuo Adscribo Vindico Assumo Arrogo Derogo, Promitto Credo* Concredo,*Commodo Mutuo Impertio, Præcipio Iniungo Edico, Dico eas Dedico Consecro Destino, Præfero Antefero* Offero *Oppono Obijcio & alia composita ex eisdem, Inhibeo* Prohibeo *Veto Interdico, Suadeo Dissuadeo* Persuadeo, *Detraho Demo Aufero Eripio.*

Ad quartam. Dedoceo Moneo Commoneo, siue pro eo quod vulgus dicit, Dare informatione, o informare, *etiam ablatiuo iungitur, addita præpositione De: vt Silij causam te docui, vel de Silij causa; Item* Celo *& Interrogo, vt Bassus me de hoc libro celauit; nec ego illum de eo interrogaui.*

Peto *ad Separatiuum pertinet, non ad Transitiuum. Flagito* Posco *Postulo ad vtrumque; vt Milites flagitant stipendium Duces, vel a Ducibus.*

At Rogo Oro Exoro Obsecro Consulo *nunquam fere admittunt accusatiuum vlteriorem, nisi fuerit ex his neutris pronominibus, Id, quod, quid, siquid, aliquid, quiddam, quidpiam, hoc, illud, istud, idem, vnum, nihil, multa: vt Hoc te etiam atque etiam rogo; Illud vos moneo, oro, consulo &c.*

Ad Quinctam. Induo Calceo Cingo *Discingo Exuo Nudo Orbo, Satio Saturo Imbuo Expleo, Farcio Refercio Cumulo* Perfundo *Dito Augeo Locupleto, Absoluo Libero Mulcto Macto*

Damno

Damno Condemno, Alo Nutrico Pasco, Maculo Foedo Polluo Inquino Contamino Instruo Erudio Informo Dono Impertio Munero Remunero, Fraudo Defraudo, Fulcio Munio Sustento, Instigo Irrito Lacesso Vrgeo Afficio.

Dono Impertio Aspergo datiuum vel ablatiuum sine praepositione habent, vt Donare aliquem ciuitate, vel alicui ciuitatē.

In verbis Vestio, Spolio, Onero, Exonero, Impleo. Vacuo, id quod additur aut detrahitur in ablatiuo ponitur; vt Praetexta puerum spoliare, Pallio aut toga vestire.

Ad Sextam. Audio Exaudio Emo Redimo Exigo Conduco, Posco Reposco Peto Repeto Sumo Capio, Quaero, Flagito &c. Abduco Aufero Auello Diuello Amoueo Abstraho Deduco Deriuo, Auoco Reuoco Segrego Diuido, Arceo Eijcio Explodo Auerto Abstineo, Contineo Tempero.

Surripio Eripio Aufero etiam cum datiuo vlteriore construi possunt; vt Auferre pecunias alicui, vel ab aliquo.

De Verbis Passiuis.

VErbum Passiuum est, quod ab actiuo fit per assumptionem r, vt Amo Amor, & quaerit ante se nominatiuum patiētem, post se ablatiuum agentem cum a vel ab: vt Deus amatur a me. Casus autem vlteriores non mutantur; sed manent in passiuis iidem, qui in actiuis: vt Liber emptus est a me caro pretio: Panis datur a me pauperibus: Tu doceris a magistro Grammaticam: Ego spoliatus sum a te pallio: & A me acceptae sunt tuae litterae a Tabellario.

NOTAE.

IN verbis Transitiuis ex Actiuo in Passiuum transferendis, accusatiuus rei animatae migrat in nominatiuum, vt Docui te graecas litteras; Doctus es a me graecas litteras. Si vero accusatiuus personae defuerit, in eius locum succedit accusatiuus

rei ; vt Magistri artes bonas docent , Bonæ artes a Magistris docentur .

ADMONITIO.

QVædam sunt formæ loquendi per voces Participiorum in rus & in dus, cum verbo substantiuo iunctas; quæ acutioribus pueris hoc loco tradendæ sunt , hebetioribus omnino ante Gerundia . Il Maestro ha da dichiarare Virgilio , *Magister declaraturus est Virgilium ; & passiue A Magistro declarandus est Virgilius, & per Gerundium, ablatiuo in datiuum mutato , Magistro declarandus est Virgilius . Neque dixeris, illa esse Participia, cum neque per relatiuum, neque per solitas coniunctiones exponantur : sed simpliciter Actiua in rus , & Passiua in dus . Participia essent si ad hunc modum efferrentur ; Magister declaraturus Virgilium, libenter auscultabitur, idest Qui declarabit, vel Cum declarabit . Virgilius a Magistro declarandus plurimũ confert ad eloquentiam , idest Qui declarabitur, vel Qui declarandus est . Id ipsum alijs quoque accidit verborum generibus; quæ tamen non in Passiuum mutantur, sed in Gerundium hoc modo ; Nos domi mansuri sumus , Nobis domi manendum est ; Vos in militiam profecturi eritis , Vobis in militiam proficiscendum erit. Liu. lib. 35. Qua Romani erant transituri .*

De Passiuis Vocatiuis .

EX Passiuis quædam sunt Vocatiua dicta, quæ cum duobus nominatiuis construi possunt : vt Ego vocor Marcus Antonius .

Vocor	aris	atus	sum ,
Nominor	aris	atus	sum ,
Appellor	aris	atus	sum ,
Nuncupor	aris	atus	sum ,

Dicor

Dicor	eris	dictus	sum,	per esser detto (chiamato, e nominato.
Habeor	eris	itus	sum	per esser riputato.
Videor	eris	visus	sum	per parere.

NOTÆ.

H*Aec cum actiue enuntiantur duos pariter accusatiuos habent; vt Cato sapiens a Cicerone appellabatur, Cicero sapientem appellabat Catonem. Videor pro Appareo partim Passiuum est, quia Visum iri habet non Visurum esse; & ex eo formatur impersonale, vt Mihi sic videtur aut visum est. partim Deponens quia in actiuum non mutatur, nec habet a tergo ablatiuum sed datiuum. esto igitur, si placet, Passiuodeponens. Huius nominatiuus ea vox est, quæ in vulgari lingua iungitur cum* Che. M'è parso che tu stimi poco i miei ricordi; *Visus es floccifacere meas admonitiones.* Ci pareua d'hauer pochissime forze, cioè Pareua che noi hauessimo; *Videbamur minimum habere virium. Dicor Credor Existimor aliaque eiusdem significationis eodem modo vsitatius construuntur, quam more Impersonalium. potius enim dixerim, Milites dicuntur præliari, Cæsaris copiæ putabantur aduentare, quam hoc modo, Dicitur, milites præliari, & Putabatur, Cæsaris copias aduentare: licet etiam hoc pacto locutos veteres inueniamus.*

De Verbis Neutris.

VErbum Neutrum est, quod desinit in o, vel in um, nec format ex se passiuum in or: vt Sum Vado Transeo. Eius classes sunt septem, eædem feræ quæ in Actiuis.

VErbum Neutrum similium copulatiuum est, quod vtrinq; regit nominatiuū: vt Si fueris bonus, facile euades doctus

Sum	es est	fui	c. s.	per essere.

Euado	is	ſi	ſum	per diuentare.
Viuo	is	xi	ctum	per viuere.

Verbum Neutrum Poſſeſſiuum eſt quod vult ante ſe nominatiuum agẽtem, poſt ſe genitiuum vel ablatiuum patiẽtem ſine præpoſitione: vt Ego egeo libris aut librorum. Vaco Abundo Careo cum ablatiuo ponuntur, Memini cum genitiuo, Egeo & Indigeo cum vtroque.

Egeo	es	gui	s.s.	per hauer biſogno, (item Indigeo.
Careo	es	rui	caritum	per mancare.
Vaco	as	aui	atum	p nõ hauer, o eſſer ſẽza.
Abundo	as	aui	atum	per abondare.
Memini	ſti	c.s.		per ricordarſi & far (mentione.

Verbum Neutrum Acquiſitiuum eſt, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe datiuum patientem: vt Boni viri ſeruiunt Deo.

Seruio	is	iui	itum	per ſeruire.
Obedio	bẽdis	iui	itum	per vbidire.
Faueo	es	ui	fautum	per fauorire.
Studeo	es	dui	s.s.	per ſtudiare, & at- (tendere.
Proſum	des	fui	s.s.	per giouare.
Obſum	es	fui	s.s.	per nuocere.
Nubo	is	pſi & nupta ſum		per maritarſi.

Verbum neutrum Tranſitiuum eſt, quod vult ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe accuſatiuum patientem: vt Ego aro Terram, & format paſſiuum in tertijs perſonis: vt Terra aratur a me.

Aro	as	aui	atum	per arare.
Colo	is	lui	cultum	per coltiuare.
Fodio	is	di	foſſum	per zappare.
Poto	as	aui	atum	per potare.
Sero	is	ẽui	atum	per ſeminare.
Meto	is	meſſui	meſſum	per mietere.
Vindemio	as	aui	atum	per vendemmiare.

Ver-

VErbum neutrum Effectiuum est, quod vult ante se nominatiuum patientem, post se ablatiuum agentem sine præpositione, interdum (sed raro) accusatiuum cum ob vel propter: vt Ego gaudeo pace vel propter pacem.

Gaudeo	es	visus	sum	per rallegrarsi.
Mæreo	es	s.p.	& sup.	per attristarsi.
Caleo	es	lui	s. s.	per esser caldo.
Frigeo	es	xi	s.s.	per esser freddo.
Pingueo	es	gui	s.s.	per esser grasso.
Macreo	es	crui	s.s.	per esser magro.
Albeo	es	bui	s.s.	per esser bianco.
Nigreo	es	grui	s.s.	per esser negro.

VErbum neutrum Passiuum est, quod vult ante se nominatiuum patientem, post se ablatiuum agentem cum à vel ab: vt Ego vapulo à Magistro.

Vapulo	as	aui	atum	per esser battuto.
Væneo	is	vænij	vænum	per esser venduto.
Fio	fis	factus	sum	per esser fatto.
Occido	is	óccidi	occâsum	per esser vcciso.

VErbum neutrum Absolutum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se casum cum Præpositione, pro status aut motus varietate: vt Ego sum in cubiculo, In forum venio, Ex agro redeo, Per villam transeo, Cum hoste dimico.

Maneo	es	si	sum	per stare.
Eo	is	iui	itum	per andare.
Venio	is	ni	ventum	per venire.
Redeo	is	iui	itum	per ritornare.
Discedo	is	ssi	ssum	per partirsi;
Transeo	is	iui	transitum	per passare.
Deambulo	as	aui	atum	per passeggiare.
Curro	is	cucurri	cursum	per correre.

NOTÆ AD SEPTEM Classes Neutrorum.

AD Primam hæc quoque spectare possunt, Fio Incedo Ambulo, Dormio, Iaceo, Existo Subsisto, & denique omnia, quæ duos nominatiuos regere possunt; vt Ego sedeo otiosus, Tu ambulas cogitabundus.

Sum es est pro varia significatione, varijs modis construi potest; Cum simplici nominatiuo & infinito; vt Magna laus est liberalitatem colere; Cum genitiuo si possessionem significat; vt Domus est Pompeij; Cum datiuo si ponitur pro habere; vt Sunt nobis mitia poma; Cum duobus datiuis, pro afferre; vt Magnæ mihi molestiæ fuerunt litteræ tuæ; Cum accusatiuo si sermo est per Infinitum; vt Fortem ac strenuum esse; Cum ablatiuo si laudem aut vituperationem designat; vt Puer est egregia indole, magno ingenio, sed infirma valetudine. Denique cum varijs præpositionibus; vt Esse in molestia, in delicijs; Hoc est à me, vel pro me, idest causam meam adiuuat.

Ad Secundam. Affluo Exubero Redundo Scateo, Flagro Valeo Consto Laboro Abstineo Supersedeo. Memini pro Recordor etiam accusatiuum admittit; pro Mentionem facio, fere semper ablatiuum cum De. Cic. Memini Cinnam, vidi Syllam, modo Cæsarem. Huius rei, vel de hac re nemo meminit Historicorum.

Valeo cum pretium significat, tam ablatiuo, quam accusatiuo iungitur; vt Denarius valebat decem asses, vel decem assibus.

Ad Tertiam. Succurro Subuenio Consulo Prospicio Prouideo Opem fero, Noceo Officio Obsto Repugno Reclumo Resisto, Occurro Obuiam eo, Præsto sum, Adsum Præsum Desum Intersum, Antecello Præcedo Præsto Anteeo, Succenseo Illudo Insulto Impono, Placeo Displiceo Arrideo, Ausculto pro Morem gero, Pareo Obtempero Obsecundo Accommodo Incommodo, Assentio Sub-

Subscribo Supplico Acquiesco Fido Confido *Diffido , Impendeo Immineo, Benefacio Malefacio Satisfacio .*

Incumbo pro Operam do, apud Ciceronem non inuenitur datiuo iunctum , sed accusatiuo cum Ad vel In ; vt Incumbe toto pectore ad laudem , & Incumbamus in illa praeclara studia, quibus &c. ab alijs vero, maxime Historicis & Poetis, etiam cum datiuo vsurpatur ; Claud. Curt. *Incumbere remis . Incumbit studijs .*

Parco, & Ignosco pro veniam do , male a quibusdam vsurpantur cum accusatiuo & datiuo: non enim dicimus Ignosco tibi hoc peccatum ; sed vel Ignosco huic peccato, vel Remitto *siue* Condono *tibi hoc peccatum .*

Ad Quartam . Sarrio Sarculo Occo Scindo Proscindo Ablaqueo , Semino Planto *Insero , Stercoro , Vanno Ventilo Purgo Pinso Molo , Coquo* Concoquo *Asso Elixo , Edo Bibo Poto Ceno* Prandeo *Rodo Voro Vomo Ingurgito, Neo Glomero, Texo Retexo, Suo Dissuo Sartio, Struo* Construo *Aedifico, Diruo Destruo , Dolo Terebro, Tundo Contundo, Rigo Irrigo, Luo Pendo .*

Sonare significat ex se sonum edere vel emittere: Sonare Rim bombare , *itaque recte dicimus , Campana sonat , Campanam sono, non recte ; sed* Pulso . *Sic Pulso* Cytharam *aut fides ; vel quod vsitatius est , Fidibus cano .*

Ad Quintam. Areo Vireo Verno Palleo, Pubeo Turgeo Tumeo, Fulgeo Niteo Splendeo, Madeo , Stupeo Obstupeo , *Ferueo Aestuo Flagro Ardeo . Huc pertinent illa in Sco, quae à Grammaticis dicuntur Inchoatiua ; vt Calesco Frigesco* Pinguesco . *Quae quidem iuncta cum verbo Facio, actiua sunt; cum Fio, passiua ; vt* Calefacio Calefio, Perterrefacio Perterrefio .

Ad Sextam . Occido occidis occidi occisum vbique longa penultima , actiuum est . Occido penultima breui, & sic Obeo Intereo Pereo *Cado Occumbo, Oppeto huius Ordinis sunt ; & vel ponuntur absolute ; vt Pater obijt : vel cum ablatiuo sine praepositione ; vt Fame aut Ferro perire , Ense cadere, Morbo interire . Nubo & Exulo non sunt huius loci; sed habent a fronte nominatiuum agentem , & illud ad neutrum Acquisitiuum pertinet , hoc ad neutrum Absolutum . Vt Caesaris filia nupsit*

Pompeio P. Milo exulabat Marsilia in Gallia.

Ad Septimam. Sum Sto Dormio Vigilo Sedeo, Pergo Ambulo Migro Meo Remeo Remigro *Reuerto* Recedo *Abeo, Disto Adeo Ineo Introeo Exeo Emergo, Iter facio Nato Trano Nauigo Erro Surgo Resurgo, Salto Salio Desilio Insilio, Accumbo Discumbo Recumbo.* Cado *Incido Incurro, Equito* Pugno *Dimico* Certo *Contendo.*

Status ac motuum ratio hic omnino pueris tradenda est; acutioribus etiam aduerbia & nomina Localia per hanc occasionem exponi poterunt. Quin etiam Impersonalia passiua commodè explicantur ad tertiam regulam Neutrorum. Sed hae solertis Magistri iudicio moderanda sunt.

De Verbis Communibus.

VErbum Commune est, quod in or desinens, vtramque habet significationem, & tam actiue, quam passiue construitur: vt Romani totam Galliam depopulati sunt: & tota Gallia depopulata est à Romanis.

Amplector eris		xus	sum	per abbracciare, & essere abbracciato
Aggredior eris		ssus	sum	per assaltare, & essere assaltato
Hortor	aris	atus	sum	per essortare, & esser essortato.
Aspernor	aris	atus	sum	per disprezzar, & esser disprezzato.
Criminor	aris	atus	sum	per incolpare, & esser incolpato.
Depopulor aris		atus	sum	per saccheggiare, & esser saccheggiato.
Interpretor aris		atus	sum	per esporre, & esser esposto.

NO-

NOTÆ.

Alia plura recensentur a veteribus Grammaticis verba Communia, quæ nunc penitus exoleuerunt, & in his ipsis, quæ habemus, tempus præsens & imperfectum actiue fere tantum significant; reliqua tempora etiam passiue vsurpantur, sed raro.

De Verbis Deponentibus.

VErbum Deponens est, quod desinit in or, nec formatur a verbo desinente in o, & actiue tantum significat. Classes eædem sunt, quæ in Neutris.

VErbum Deponens Copulatiuum est, quod vtrinque regit nominatiuum: vt Omnes nascimur miseri: Vos mihi videmini fortunati.

Videor	eris	visus	sum	per parere.
Nascor	eris	natus	sum	per nascere.
Morior	eris	tuus	sum	per morire.

VErbum Deponens Possessiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se genitiuum vel ablatiuum sine præpositione: vt Ego vtor benignitate, & Misereor pauperũ.

VTor Abutor Fungor Fruor Vescor cum Ablatiuo ponuntur. Recordor Obliuiscor Misereor cum genitiuo: Potior cum vtroque.

Vtor	eris	vsus	sum	per vsare, & adoperare.
Abutor	eris	vsus	sum	per abusare.
Fruor	eris	itus	sum	per godere.
Fungor	eris	functus sum		per vsare offitio.
Vescor	eris	s. p.	& s.	per mangiare.
Potior	iris	titus	sum	per ottenere.
Recordor	aris	atus	sum	per ricordarsi.
Obliuiscor	eris	itus	sum	per iscordarsi.
Misereor	eris	misertus	sum	per hauer misericordia.

Ver-

Verbum deponens Acquisitiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se datiuum patientem: vt Deus auxiliatur omnibus hominibus.

Auxilior	aris	atus	sum	per aiutare.
Assentior	iris	nsus	sum	per acconsentire.
Obsequor	eris	cutus	sum	per compiacere.
Aduersor	aris	atus	sum	per opporsi.
Gratificor	aris	atus	sum	per far cosa grata.
Irascor	eris	atus	sum	per adirarsi.
Blandior	iris	itus	sum	per accarezzare.
Gratulor	aris	atus	sum	per congratularsi.

Verbum Deponens Transitiuum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem: vt Cicero imitatur Demosthenem.

Sequor	eris	cutus	sum	per seguitare.
Assequor	eris	cutus	sum	per arriuare.
Consequor	eris	cutus	sum	per conseguire.
Adorior	iris	ortus	sum	per assaltare.
Imitor	aris	atus	sum	per imitare.
Alloquor	eris	cutus	sum	per parlare.
Admiror	aris	atus	sum	per marauigliarsi.
Consolor	aris	atus	sum	per consolare.

Verbum Deponens effectiuum est, quod vult ante se nominatiuum patientem, post se ablatiuum agentem sine prepositione: interdum etiam (sed raro) accusatiuũ cum ob, vel propter: vt Ego lætor pace, vel propter pacem.

Lætor	aris	atus	sum	per rallegrarsi.
Delector	aris	atus	sum	per dilettarsi.
Contristor	aris	atus	sum	per attristarsi.
Glorior	aris	atus	sum	per gloriarsi.
Verecundor	aris	atus	sum	per vergognarsi.

Verbum Deponens Passiuum est, quod vult ante se nominatiuum patientem, post se ablatiuum cum præpositione: vt Ego ortus sum ex bono patre: item sine præpositione; vt Scipio clarissimis maioribus natus est, & veneno, vel peste mortuus.

Nascor

Nascor	eris	natus	sum	
Orior	oreris	ortus	sum	per nascere.
Morior	reris	tuus	sum	per morire.
Renascor	eris	natus	sum	per rinascere.

VErbum Deponens Absolutum est, quod vult ante se nominatiuum agentem, post se casum cum præpositione: vt Ego proficiscor ad bellum: Tu cum hoste congressus es.

Proficiscor	eris	ectus	sum	per andare, e partire.
Ingredior	deris	ssus	sum	per entrare.
Egredior	deris	ssus	sum	per vscire.
Regredior	deris	ssus	sum	per ritornare.
Congredior	deris	ssus	sum	per affrontarsi, & venire alle mani.
Digladior	aris	atus	sum	per fare alle coltellate.
Versor	aris	atus	sum	per praticare.
Queror	quereris	stus	sum	per lamentarsi.

NOTÆ AD SEPTEM Classes Deponentium.

AD Primam pertinent *Proficiscor*, *Reuertor*, *Prælior*, & quæcunque alia duos interdum nominatiuos regunt; vt *Congredior armatus*, *Ad bellum hilaris profectus sum*, *Regredior tristis*.

Ad secundam. Obliuiscor Recordor Reminiscor etiam accusatiuo gaudent. Cic. In Ant. Omnia obliuiscor, in gratiam redeo. Quin etiam Possessiua omnia, præter Misereor, & Acquisitiua nonnulla penes veteres accusatiuo iuncta interdum legimus, Abuti operam, Fungi officium, Frui delicias, Vesci dapes, Adulari omnes. Quod nunc quidem imitandum non videtur, nisi ex his fiant Gerundiua Cic. Tusc. 3. Et grauiter feres, quod vtendum acceperis, reddidisse?

Ad Tertiam. Assentior, Assentor, Ancillor Famulor Adulor, Morigeror Palpor, Innitor Obnitor, Insidior, Medeor, Opi-

Opitulor Patrocinor Suffrágor *Refrágor*; *Præstolor*.
Dominor datiuo iunctum vix inuenias: sed aut ablatiuo cum In, si ad loca refertur; aut accusatiuo cum In, si ad personas. Cic. *pro* Cæcin. *Denique nimia ista, quæ dominatur in* Ciuitate *potentia. Idem de Senect. Senectus honesta est, si vsque ad extremum dominatur in suos.*

Ad quartam. Vaticinor Auguror Ominor Ariolor, Exequor Persequor Insequor, Prosequor Comitor, Auersor Indignor, *Causor Grauor Calumnior Vlciscor, Prædor Deprædor, Aucupor Venor Piscor, Affaris vel affare, Fabulor Eloquor, Molior Demolior, Testor Testificor Obtestor Execror, Tueor Tutor Miseror, Contemplor Speculor Meditor* Commentor Machinor *Comminiscor Conspicor*, Conor *Frustor Ludificor*.

At Largior Polliceor Minor *Minitor, Interminor, Gratulor* Confiteor *Inficior, Fœneror Impertior Furor præter accusatiuum, etiam dandi casum admittunt; vt Polliceor tibi studium atque operam meam.* Dignor *Muneror Remuneror ablatiuum sine præpositione; Virg. Haud equidem tali me dignor honore.* Percontor *Sciscitor Mercor Deprecor ablatiuum cum a vel ab, vt Vitam à* Principe *deprecari.*

Ad Quintam. Stomachor Ringor Indignor Consternor *Consopior Expergiscor. Contristans Delectans, Contristaturus Delectaturus actiuæ sunt significationis, a Contristo & Delecto.*

Ad Sextam. Exorior Coorior, Emorior Commorior *Intermorior*

Ad Septimam. Reuertor Progredior, *Altercor Iurgor Rixor Velitor* Prælior *Controuersor Luctor, Loquor Colloquor Sermocinor* Ratiocinor *Confabulor,* Philosophor *Rusticor, Vagor Spatior Negotior* Pigror *Otior, Labor Elabor, Conuiuor* Commessor *Epulor, Bene mereor male mereor.*

ADMONITIO.

IN *præcipiendo vulgatum Regularum ordinem, non nihil immutauimus, interiectis hoc loco omnibus Localibus. Non iniuria:*

iniuria: quid enim sunt aliud ista Aduerbia, ista Pagorum, Castellorum, atque Vrbium nomina, sine præpositionibus alia alio casu vsurpata, quam veluti exceptiones quædam a Neutris ac Deponentibus absolutis? quæ si tradantur vniuersa, nusquam ordine interrupto, aut perturbato: tam docenti quam discenti commodius futurum putamus. Adde quod si faciliora in docendo præponere oportet; Localia omnia minus habent difficultatis, quam siue Impersonalia, siue Infinita. quæ & inter se cognata sunt, & Gerundijs Supinisque, cum quibus ea copulauimus, quam simillima. itaque mutuo alterum per alterum sæpe exponimus. Sciendum tamen, Localia omnia sæpissime illa quidem cum verbis absolutis coniungi, quæ sunt, Eo, venio, transeo, Regredior, Ingredior; sed interdum etiam cum alijs, vt, Vidi fratrem tuum Romæ, Missus sum a patre Lutetiam, Iter feci Venetijs, & Lugduno.

De Aduerbijs Localibus.

Species aduerbiorum localium sunt sex; In loco, Ad locum, De loco, Per locum, Versus locum, & Vsque ad locum. In loco, Vbi? Hic, Istic, Illic, Ibi, Ibidem, Intus, Foris, Alibi, Sicubi, Necubi, Vbiuis, Vbique, Vtrobique, Vbicumque, Passim, Peregre, Vspiam, Vsquam, & Nusquam.

Ad locum. Quò? Huc, Istuc, Illuc, Illo, Eo, eodem, Intro, Foras, Alio, Aliquo, Siquo, Nequo, Vtroque, Neutro, Quopiam, Quouis, Quolibet, Quocunque, Peregre, Vspiam, Vsquam, & Nusquam.

De loco. Vnde? Hinc, Istinc, Illinc, Inde, Indídem, Intus, Foris, Aliunde, Alicunde, Sicunde, Necunde, Vndique, Vndeuis, Vndelibet, Vndequaque, Vndecunque.

Per locum. Qua? Hac, Istac, Illac, Illa, Ea Eadem, Alia, Aliqua, Siqua, Nequa, Quauis, Qualibet, Quacunque.

Versus locum. Quorsum? Horsum, Istorsum, Illorsum, Aliorsum, Siquorsum, Nequorsum, Sursum, Deorsum, Dextrorsum, Sinistrorsum.

Vſque ad locum, vel Vſque ad tempus. Quouſque? Hucuſque, Iſtucuſque, Illucuſque, Hactenus, Eouſque.

NOTÆ.

Commonefaciendi ſunt pueri, vt ex Dictionarijs, & Calepinis ſingula hæc aduerbia ſibi ipſi interpretentur, & deſcripta in libris habeant tum Latine, tum Italice hoc modo; Hic, in hoc loco, Qui. *Illic, in illo loco*, Quiui &c.

De Nominibus Localibus.

NOmina propria Vrbium, & Opidorum ponuntur ſine præpoſitionibus. In loco, ſi fuerint primæ vel ſecundæ declinationis, in genitiuo: vt Ego ſtudui Peruſiæ; dum tu fuiſti Aretij: ſin tertiæ, in ablatiuo (quandoque etiam in datiuo) vt Fui Neapoli, Carthagine, Tiburi. Pluraliter declinata, in ablatiuo: vt Marcus negotiatur Venetijs. Ad locum, in accuſatiuo: vt Eo Romam, Neapolim, Athenas. De loco & Per locum, in ablatiuo: vt Venio Florentia, Tranſiui Puteolis. Verſus locum & Vſque ad locum, in accuſatiuo cum verſus & vſque: vt Eo Peruſiam verſus, & Fulginiam vſque, vel vſque Romam.

Domus & Rus numero ſingulari, ponuntur tanquam Vrbium propria: vt Sum Domi, Ruri, vel Rure: Eo Domum, Rus: Venio vel tranſeo Domo, Rure. Etiam accuſatiuo plurali Domos dicimus: vt Milites dimiſſi ſunt Domos.

Item Humus Militia Bellum, ſed in loco tantum: vt Iacet humi, clarus belli domique.

At ſi omnia prædicta nomina cum aliquo adiectiuo coniuncta fuerint, ponuntur cum præpoſitionibus: vt Venio ex Monte alto, Tranſiui per Auguſtam Peruſiam, Fui in pulchra domo, in feraci Rure. Excipe Meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, & alienus: quæ fere reſpuunt præpoſitionem: vt Malo ſecurus

viuere

viuere domi meæ, quam cum periculo alienæ. Cum substantiuis autem vtroque modo copulantur: vt Lepidus profectus est Forum Liuij, vel ad Forum Liuij. Clodius deprensus est domi Cæsaris, vel in domo Cæsaris. Alia vero nomina tam propria, quam appellatiua, vt Prouinciarum, insularum, fluuiorum, montium, aliarumque rerum ponuntur cum præpositionibus, vt est dictum in verbis Neutris absolutis.

NOTÆ.

Oppidorum aut Vrbium nomina tribus modis coniuncta reperiuntur, alia ex pluribus dictionibus coeuntibus in vnum rectum, vt Constantinopolis, Mediolanum, Radicofanum, Saxoferratum; alia ex duobus rectis, vt Mons altus, Vrbs vetus, Castrum nouum; alia ex recto & obliquo, vt Forum Liuij, Castrum Plebis. Prima semper respuunt præpositiones, secunda semper admittunt, tertia ad libitum vsurpantur: vt Lucius natus est Mediolani, venit ad Vrbem Veterem, Transiuit Foro Liuij vel per Forum Liuij. Sed secunda & tertia coire possunt in vnum rectum, & transcribi in primum ordinem, modo eruditæ aures patiantur, vt Montaltum, Montfortium, Casteldarnium, Valfabrica, Sancassianum, & sexcenta generis eiusdem. Sæpe idem verbum duos motus significat; vt Pompeius Roma discessit Brundusium. Peto, Repeto pro vado & redeo actiua sunt, & nunquam admittunt præpositionem, vt Petere, vel Repetere Vrbem, patriam, domum &c. Historici & Poetæ in addendis demendisque præpositionibus liberiores sunt, neque temere imitandi.

De Impersonalibus.

Verbum Impersonale est, quod caret numeris atque personis: & est duplex, Actiuæ vocis in t, vt Refert, Passiuæ in tur, vt legitur.

Imperſonale paſſiuæ vocis formantur a verbis deſinentibus in o, Actiuis, Neutris Acquiſitiuis, Tranſitiuis,& Abſolutis: & conſtruitur ante ſe cum ablatiuo agente cum a, vel ab: poſt ſe vero cum caſibus ſui verbi: vt A Lælio ſtudetur litteris. A Scipione itur ad bellum. Sed Actiua, & Neutra Tranſitiua quando habent caſum poſt ſe, conuertentur paſsiue: vt A vobis coluntur agri. A nobis tractantur ſtudia litterarum.

N O T Æ.

Paſſiua tam imperſonalia, quam perſonalia pro ablatiuo interdum habent datiuum: vt Mihi deliberatum eſt, pro a me. Ouid. Cum toties eadem dicam, vix audior vlli, pro Ab vllo. Quandoque tacetur vtrumque. Virg. Itur in antiquam ſiluam, & Horat. Ventum erat ad Veſtæ. Compoſita a *Facio, in T formant Imperſonale, tanquam a Fio; vt Benefit, Malefit, Satisfit.*

De Imperſonalibus Actiuis.

PRima claſsis Imperſonalium actiuæ vocis abſolute ponitur, ſine vllo caſu: vt Pluit Ningit.

Pluit	ebat	pluit	per piouere.
Ningit	ebat	ninxit	per nenguire.
Tonat	bat	nuit	per tonare.
Grandinat	bat	auit	per grandinare.
Fulgurat	bat	auit	per lampeggiare.

SEcunda ponitur cum genitiuo & infinito: vt Omnium intereſt recte facere. Sine infinito fit perſonalis, & quærit ante ſe nominatiuum agentem, poſt ſe genitiuum patientem: vt Hoc intereſt Reipublicæ. Sed pro genitiuis Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, vtimur ablatiuis Mea, tua, ſua, noſtrà,& veſtra: vt Tua intereſt diſcere: Mea iſtud nihil refert.

At

At cum verbo Est, Meum, tuum, suum, nostrum, & vestrum dicimus: vt Meum est docere.

Interest	erat	fuit	per importare, appartenere &
Refert	ebat	tulit	essere vtile.
Est	erat	fuit	per esser offitio.

TErtia cum datiuo & infinito: vt Militi placet pugnare. Sine infinito est personalis, & quærit ante se nominatiuum agentem, post se datiuum patientem: vt Bellum placet militibus.

Placet	bat	cuit	per piacere.
Accidit	bat	dit	per accadere.
Conducit	bat	xit	per esser vtile.
Licet	bat	cuit	per esser lecito.
Conuenit	bat	uênit	per conuenire.
Vacat	bat	auit	per hauer tempo.

QVarta cum accusatiuo & infinito: vt Bonos viros non decet simulare. Sine infinito est personalis, & quærit ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum patientem: vt Simulatio non decet bonos viros.

Decet	bat	cuit	per conuenire.
Dedecet	bat	cuit	per disconuenire.
Iuuat	bat	iuuit	per giouare.
Delectat	bat	auit	per dilettare.
Oportet	bat	tuit	per bisognare.

QVincta cum accusatiuo cum ad, & infinito: vt Ad me pertinet interpretari Grammaticam. Sine infinito est personalis, & quærit ante se nominatiuum agentem, post se accusatiuum cum ad: vt Hoc non spectat ad me.

Pertinet	bat	nuit	per appartenere.
Attinet	bat	nuit	
Spectat	bat	auit	

SExta est semper impersonalis, & construitur ante se cum accusatiuo patiente, post se vero cum genitiuo agente vel infinito: vt Me pænitet peccatorum, vel peccasse.

Pænitet	bat	tuit	per pentirsi.
Tædet	bat	pertęsum est	per rincrescere.
Miseret	bat	sertum est	per hauer misericordia.
Piget	bat	guit	per attristarsi.
Pudet	bat	duit	per vergognarsi.

SEptima sequitur naturam sui infiniti. nam hoc si fuerit impersonale, est impersonalis, & eosdem cum illo casus recipit: vt Vnumquemque tædere solet fortunæ suæ. *Si* vero infinitum est personale, fit personalis, & quærit ante se nominatiuum, post se infinitum cum suis casibus: vt Omnes homines debent seruire Deo.

Incipit	ebat	incepit	per cominciare.
Desinit	ebat	siuit	per cessare.
Debet	ebat	buit	per douere.
Solet	ebat	solitum est	per solere.
Potest	erat	tuit	per potere.

NOTAE AD IMPERSONALIA vocis Actiuæ.

AD primam Classem. Fulminat Coruscat *Serenat* Lucet *Lucescit Aduesperascit. Pluit cum aliquo horum trium potest construi, Nominatiuo, Accusatiuo, Ablatiuo: vt Saxa pluunt: & Pluit sanguinem, vel sanguine.*

Ad secundam. Mea interest: factum videtur ex prisco genere loquendi, In re mea est; quod nunc vsitate dicimus, In rem meam est, pro Expedit mihi. Plaut. Terent. Mea refert, pro quasi Mea res fert. Meum est, subaudi Officium; quod sæpe exprimitur. Cic. ad Teren. ep. 3. Meum fuit officium vel legatione vitare periculum, vel &c.

Interest & Refert pro genitiuo rei non animatæ, habent sæpe accusatiuum cum ad. Cic. Luce. Equidem ad laudem nostram non multum video interesse, sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare dum &c.

Habent præterea loco aduerbij hos genitiuos, Tanti Quanti Magni

Magni Parui; vt Parui vel parum refert; & Quanti vel Quantum intereſt? Cic. Tiron. Permagni *ad honorem noſtrum intereſt, quam primum me ad Vrbem venire, ideſt Magnopere aut Multum intereſt. Mea præceptoris intereſt, vel Mea qui ſum Præceptor. Mea docentis refert, vel Mea qui doceo; recte vtrumque. at cum ſermo dirigitur ad ſecundam perſonam, rectius vocatiuo vtimur: vt Tua Cæſar intereſt Remp. adminiſtrare; & Veſtra Commilitones non refert vbi bellum geratur; potius quam Tua Cæſaris, & veſtra Commilitonum.*

Cuia intereſt, & Cuius intereſt, pro eodem indifferenter vſurpantur. Cic. *pro Mur. Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, ideſt Cuius interfuit. idem in Ant.* Phil. 2. *Quis enim eſt hodie, cuius interſit iſtam legem manere? ideſt Cuia interſit.*

Hæc verba cum fiunt perſonalia hos fere nominatiuos habent Hoc Iſtud Illud Id, Quod Quid Idem Nihil Aliquid; raro alios, raro etiam numero multitudinis vſurpantur: vt Iſta non ſunt Oratoris, & Reip. nihil interſunt. Reliqua *multo frequentius; vt Hæc mihi non placent, Quæ te delectant, Quæ ad nos non pertinent.*

Ad tertiam. Diſplicet Nocet Obeſt Prodeſt *Expedit Libet, Contingit Euenit Vſu venit, Liquet* Patet *Conſtat Præſtat Satius eſt, Melius eſt, Reſtat Supereſt, Sufficit Satis eſt, Neceſſe eſt, opus eſt, vſus eſt. Sed Accidit Euenit Vſu venit & alia quæ euentum ſignificant, pro Infinito habent ſæpius Subiunctiuum hoc modo, Mihi non contigit, vt te viderem, forte euenit, vt vna eſſemus in Tuſculano.*

Quædam duplex habent preteritum; Placuit & Placitum eſt, Libuit & Libitum eſt, Licuit & Licitum eſt.

Ad quartam. Oportet verbum eſt abſolutum, quod neque vnquam ſit perſonale, & nullum ex ſe caſum regit. Cic. Phil. 7. *Irritari Antonium non oportuit; Antonium, accuſatiuus eſt Infiniti.*

Ad quinctam. Pertinet cum perſonale eſt, ſignificat etiam Extendi aut pertingere, Conſigare o arriuare. *Spectare, eſt*

F 2 *vergere*

vergere aut respicere, ſtar volto. *Caſ. Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur; pertinent ad inferiorem partem fluminis* Rheni, *ſpectant inter Septentriones & Orientem Solem*.

Ad ſextam. Tæduit, & Miſeruit, parum vſitata ſunt. Pigitum eſt, Puditum eſt pæne obſoleuerunt. Mi pare che tu ti penta; Mi pareua che *M.* Catone non ſi foſſe pentito del ſuo errore, *aliaque his ſimilia ſic efferuntur, Mihi ita videtur, te pænitere; & Mihi videbatur, erroris ſui pænitere M Catonem.* Cic. *Tuſc.* 5 *Non mihi videtur, ad beate viuendum ſatis poſſe virtutem. Item ſimplicius hoc pacto, Videris mihi pænitere: Et* M. *Cato erroris ſui pænitere videbatur. Iuſtinus Athenienſes, qui primi defecerant, etiam primi pænitere cœperunt. Vide nos in Analectis.*

Ad ſeptimam. Hæc verba dicuntur Famulatoria ſiue Seruilia, quia ſubſeruiunt Infinitis, dum eorum naturam penitus induunt. Debeo cum accuſatiuo & datiuo tam actiue, quam paſſiue conſtruitur; vt Debeo tibi multos nummos, Multi nummi debentur a me tibi. Quando autem habet poſt ſe infinitum, actiue tantum vſurpatur; vt Debeo ſcribere, & A me debet ſcribi, non autem A me debetur.

De Infinitis.

INfinitum verbi eſt modus, qui ab altero verbo pendet. Hoc ſi fuerit perſonale, conſtruitur ante ſe cum accuſatiuo loco nominatiui, poſt ſe vero cum caſibus ſui verbi: vt Audio te ſtudere Poëtis, ideſt Audio quod tu ſtudes, & Opto meum filium bene valere, ideſt Opto vt meus filius bene valeat. *Si* vero fuerit imperſonale, nullum mutat caſum: vt Puto tua intereſſe legere Virgilium; Volo a te obediri parentibus.

N O T AE.

INfinita actiua ſunt, Amare, amauiſſe, amaturum eſſe, amaturum fuiſſe. Paſſiua Amari, amatum eſſe vel fuiſſe, amatum iri vel amandum eſſe, amandum fuiſſe. Neutra, vt Actiua; Deponentia Sequi, ſecutum eſſe vel fuiſſe, ſecutúrum eſſe,

ſecutu-

secuturum fuisse. Communia, ut Deponentia, raro ut Passiua. Impersonalia Passiuæ vocis, Seruiri, seruitum esse vel fuisse, seruitum iri; Actiuæ vocis Interesse, Interfuisse. Futuro carent, præter pauca acquisitiua, cum fiunt personalia; ut Placiturum, Euenturum, Profuturum *esse aut fuisse.*

Amatum esse, Amandum esse, Amaturum esse inclinantur more adiectiuorum, & cum substantiuis conueniunt genere, numero & casu. Esse vero interdum omittitur; ut Spero meas litteras maximum apud te pondus habituras, vel Esse habituras.

Amatum iri, non mutatur, sed omni generi & vtrique numero attribuitur; ut Arbitror, tua negotia breui confectum iri.

Amaturum esse & Amaturum fuisse hoc differunt, quod illud fere exponitur per futurum Indicatiui; hoc per plusquam perfectum Subiunctiui; ut dicunt Cæsarem esse venturum, idest Quod veniet; & Dicunt Cæsarem venturum fuisse, idest Quod venisset. Item passiue Amandum esse, Amandum fuisse: ut Existimo illam Vrbem a nostris militibus capiendam esse, idest quod capietur: & Existimo capiendam fuisse, idest quod caperetur. Q. Curtius.

Quod si verbum supino careat, quandoque etiam si non careat; vtimur hac circuitione, Fore ut, vel Futurum esse ut, cum priore; Futurum fuisse ut, cum posteriore: ut Credo fore ut discas: & si libros habuisses, credo futurum fuisse ut disceres.

Exponitur autem infinitum per Vt, seu Ne, post verba volo, nolo, malo, desidero, opto, cupio, impero, iubeo, cogo, impello, adduco, veto, prohibeo, placet, displicet, contingit, euenit, necesse est, opus est, par est, fas est, nefas est, aliaque significationis eiusdem, quæ speciem habent causæ efficientis: ut Cogis me manere, idest ut maneam; Vetas abire, idest Ne abeam.

Idem exponitur per Quod, post verba, video, audio, sentio, cognosco, intelligo, animaduerto, puto, credo, existimo, dico, respondeo, nego, narro, scribo, significo, memini, gaudeo, doleo,

leo, lætor, gratulor, indignor, glorior, pœnitet, piget pudet, tædet & alia omnia, quibus veluti effectus quidam designatur, ab infinito tanquam a causa efficiente proueniens : vt Lætor te valere, ideſt Quod *vales, aut valeas ; Video quod excellis ingenio ; Angor quod bonum otium perdis ; Piget me quod es indiligentior : & Dicitur mihi , quod Romam cogitas . Quandoque istæ particulæ desiderantur.* Cic. *Volo ames constantiam meam: & Ter. Credo impetrabo.*

V T Semper ponitur, & non Quod, post Tam, Tantus, talis, tot, sic , ita, adeo : & post verba rogandi, iubendi, post facio, efficio , fio, timeo, vereor, metuo, & alia superius posita in expositione Infiniti : vt Cæsar tantum potuit , tantus vir fuit, tam clemens in victoria ; sic acer in prælio , vt omnes mirentur .

Verba monendi , petendi , rogandi , suadendi , & his contraria, Coniunctiuo *potius gaudent , quam Infinito: vt Te rogo, hortor, moneo, suadeo, vt venias, non Te venire .*

Imperfectum subiunctiui , non fere effertur per infinitum, sed exponitur hoc pacto . Penso che tu otterresti . *Puto impetrares, vel Quod impetrares , Impetrares vt opinor . Sic futurum subiunctiui .* Credo che tu hauerai cenato, quendo io tornerò. *Tu credo cenaueris , cum ego redibo . Cenaueris opinor &c.* Contra *Historici &* Poetæ *Infinitum sæpe vsurpant pro præterito imperfecto Indicatiui. Ter. Eunuc. Inuidere omnes mihi, pro Inuidebant , vel inuidere incipiebant ,*

Infinitum Esse , Videri , Fieri , & alia copulatiua , cum verbis volo , nolo , opto , cupio , meditor aliisque significationis eiusdem, tam geminos nominatiuos, quam geminos accusatiuos regere possunt , modo sit eadem persona verbi finiti & infiniti : vt Cupio esse clemens , & Cupio me esse clementem . Cato nolebat haberi diues , & Cato nolebat se haberi diuitem . Cum verbis autem, quæ vocant Famulatoria , tantummodo nominatiuos admittunt ; vt Non *soleo esse adulator : Arrogans videri non debeo .*

At cum verbo Licet vel datiuo , vel accusatiuo iunguntur ; vt Vobis non licet euadere doctos, aut doctis . Cic. *Licuit otiose esse*

esse Temistocli, licuit Epaminondæ. Idem Ciui Romano licet esse Gaditanum.

De Gerundijs.

Gerundium ponitur pro Infinito: & formatur ab omnibus verbis personalibus a genitiuo præsentis Participij, mutata tis in di, do, dum; vt Rediens redeuntis redeundi, do, dum. Habet autem omnes casus præter vocatiuum; & construitur post se cum casibus sui verbi, si actiue ponitur; nam passiue sine casu vsurpatur.

Nominatiuus desinit in dum, & necessitatem, siue officium quoddam significat: poniturque cum verbo substantiuo, & datiuo: vt Nobis eundum est Romam, idest Nos decet siue oportet ire.

Genitiuus desinit in di, & adhæret nomini substantiuo, vel adiectiuis quibusdam: vt Peritus dicendi, Insolens nauigandi, Certus eundi. Mihi otium non est ad tuas litteras rescribendi, hoc est Rescribere, vel vt rescribam.

Datiuus desinit in do, & adhæret verbis, seu nominibus adiectiuis datiuum poscentibus: vt Sum aptus natando, Non sum ferendo, Non sum soluendo: Patrem quærendo operam do, idest Quærere, vel vt quæram.

Accusatiuus ponitur cum præpositionibus Ad Ob Inter: vt Eram promptus ad dicendum, Ob vel propter te redimendum, Inter cenandum: idest Vt dicerem, Vt redimerem, Dum cenarem. Cum verbis autem, quæ accusatiuum regere possunt, etiam passiue vsurpatur: vt Cicero facilis est ad explicandum, Difficilis ad imitandum, idest Vt explicetur, Quem imitemur. Cum infinito Esse, vel posito vel subaudito, vim habet nominatiui: vt Tempori seruiendum puto, idest Seruire oportere.

Ablatiuus vel ponitur sine præpositionibus: vt Legendo Tullium proficies, idest Dum leges, aut Si legeris: vel cum præpositionibus, A Ab Ex In & De: vt In alloquendo victorem; De redeundo in Italiam; Cæsar a militando traductus est ad Philosophandum, ideft A militia ad Philosophiam. Si passiue

significet, non admittit præpositionem, vt Memoria excolendo augetur, ideſt Dum excolitur.

NOTAE AD SINGVLOS casus Gerundiorum.

AB Impersonalibus tria sunt in vsu Gerundia, Pœnitendum, Pigendum, Pudendum. Cic. Phil. 5. Vt iam pudendum sit, honestiora esse legionum decreta, quam Senatus. Etiam Gerundiua, Ouid Epist. 7.

Si fuit errandum, causas habet error honestas.
Adde fidem, nulla parte pigendus erit.

Idest Pigendum illius non erit. etiam participia, Liu. lib. 1. Sub haud pœnitendo Magistro se didicisse &c. idest Sub Magistro, cuius ei pœnitendum non fuit. in his enim exponendis, Relatiuum in obliquos cadit; in alijs semper in Rectum.

Nominatiuus variatur his fere modis; Mihi legendum est Poetas, Mihi legendi sunt Poetæ, Ego sum lecturus Poetas, Poetæ sunt legendi a me, Ego debeo legere Poetas, Poetæ debent legi a me; Meum est, Mihi conuenit, Me oportet, Me decet, Mihi opus est legere Poetas. Genitiuus cum Causa, & Gratia sic variatur; Accessi, te audiendi gratia, vel Tui audiendi, Auditurus te, Auditum te, Ad vel Ob vel Propter audiendum te.

Causa, & Gratia semper postponuntur Cic de Fin. Voluptatum adipiscendarum causa, & dolorum effugiendorum gratia. Causa etiam anteponitur, sed hoc modo; per causam frumentandi, lignandi, aquandi milites ex castris exierunt, idest Frumentatum, aut Frumentandi causa. Cæs Bel. Ciu.

Substantiua quibus hoc gerundium innititur, hæc fere sunt, Causa, gratia, studio, occasio, tempus, locus commoditas, facultas, potestas, copia, via, ratio, vtilitas, venia, licentia, libertas, mos, consuetudo, desiderium, consilium, voluntas cupiditas, auiditas, libido, molestia, cura, otium, labor, voluptas, initium, finis, ansa &c. Adiectiua item hæc, Cupidus, timidus, auidus, doctus, sciens peritus, imperitus, rudis, nescius, certus, consuetus, insuetus, insolens, studiosus.

Pro

Pro accusatiuo plurali habet sæpe genitiuum. Plau. Capt. Nominandi tibi istorum erit magis, quam edundi copia. pro nominandi & edundi ista, vel istorum Nominandorum, & Edundorum.

Datiuus pendet a verbis Studeo*, vaco, incumbo, operam do, præficio, sufficio, præsum, intersum aliisque significationis eiusdem; item a nominibus Aptus, idoneus, bonus, vtilis, habilis, intentus, deditus, par, impar, satis, & si quæ sunt alia eiusmodi; quæ tamen sæpe non exprimuntur. Cic. Cum ciuitates soluendo non essent, idest non essent aptæ soluendo, vel Ad soluendum, vel Vt soluerent.*

Accusatiuus cum Ad, sæpe adhæret verbis motum ad locum significantibus, vt Venio, eo, vado; item his adiectiuis Facilis*, difficilis, paratus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehemens, aliisque similibus. Cic. de Fin. Neque me segniorem ad respondendum reddidisti. Cum passiue vsurpatur, conuenit cum supino in V. Cic ad Brutum. Multa eius indicia, sed ad scribendum non necessaria, idest Non necessaria scriptu, vel Quæ scribantur.*

Ablatiuus sine præpositione respondent participio præsentis temporis; vt Monendo*, hortando, rogando, nihil profecimus, hoc est* Monentes*, hortantes, rogantes, vel* Cum moneremus*, &c. Cum præpositionibus autem raro habet a tergo casus, & minime omnium accusatiuos, sed aut in Gerundiuum mutatur, aut per nomen verbale exponitur; vt In alloquendo victore, De reditu in Italiam. Cic. Non videor mihi a defendendis hominibus subleuandisque discedere; non autem A defendendo subleuandoque homines. &* Magna ad Oratorem *vtilitas venit a studio Dialectica, non autem A studendo Dialecticæ.*

De Gerundiuis.

GErundia omnia quæ accusatiuum a tergo habent, vsitatius & venustius copulantur, more adiectiuorum, ad hunc modum: Amanda est Virtus: Iuuandi tui causa vigilo: Oneri ferendo non sum: Hortor te ad tuendam Rempublicam, & Legendis nostris, linguam latinam efficies pleniorem.

NO-

NOTAE.

Formantur Gerundiua etiam ab ijs verbis, quæ olim Com-*munia fuere, quæque apud priscos accusatiuo iuncta reperiuntur, Vtor, abutor, fruor, fungor, vescor, potior, obliuiscor, reminiscor, adulor, dominor.* Cic. *Ver. lib.* 4. *Huic Heraclio omnia vtenda, possidendaque tradiderat. Idem Off. lib.* 1. *Ad perfruendas voluptates. Ter. Heaut. Illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est.*

Hæc verba Do, *loco, conduco, mando, curo, habeo, trado, attribuo, præbeo, relinquo, suscipio, deposco, obijcio, propono, sumo, assumo, aliaque similia cum Gerundiuis accusatiuis iuncta, præpositionem deponunt.* Cic. in Catil. *Attribuit* Ciues *interficiendos Gabinio, Vrbem inflammandam Cassio, totam Italiam diripiendam* Catilinæ. *Quæ quidem etiam per Gerundium efferri possunt, resumpta præpositione, hoc pacto: Attribuit Gabinio* Ciues *ad interficiendum, Vrbem Cassio ad inflammandum, totam Italiam Catilinæ ad diripiendum. Idem pro domo sua. Cum alteri Syriam,* Persas, *pacatissimasque gentes ad diripiendum tradidisset, idest diripiendas, vel vt diriperentur.*

Curo *Gerundiuum, vel infinitum exposcit, non Gerundium; vt Curaui tuas litteras* R*omam perferendas, aut perferri, non autem Ad perferendum.*

De Supinis.

SVpinum in Vm, adhæret verbo significanti motum ad locum, & sui verbi significationem ac constructionem retinet: vt Non veni huc vapulatum, idest *Vt* vapulem: Eo petitum veniam, idest Petere, vel Vt petam.

Supinum in V habet significationem passiuam, & ponitur sine casu, pendetque a nominibus adiectiuis: vt Facile dictu est, factu difficile, idest Vt dicatur, Vt fiat.

NO-

NOTAE.

PRimum Supinum recte exponitur per Gerundia hoc modo; Legati ad Cæsarem venerunt petitum pacem, idest Ad petendam pacem, vel Pacis petendæ causa, vel Pacem petituri &c. Supina in V perinde ac Gerundia cum adiſpaſſiue vſurpata, etiam a Communibus, *& ab ijs quæ olim erant Communia, rite formantur. Cic. Tuſc. 2. O multa dictu grauia, perpeſſu aſpera, ideſt grauia ad dicendum, aſpera ad perpetiendum. Sic Arduum imitatu, conatu, opinatu, & alia plura; quæ tamen vſitatius per Gerundium efferuntur. Adiectiua vero, quibus hoc Supinum frequentius adhæret, fere ſunt hæc, Abſurdum, infandum, obſcœnum, turpe, fœdum, acerbum, aſperum, moleſtum, durum, horrendum, terribile. Sic,* Pulchrum, *ſpecioſum, hilare, iucundum, lepidum, dulce, ſuaue, honeſtum. Item, Dignum, indignum, facile, difficile, credibile, incredibile, graue, leue, vtile, inutile, peſſimum, optimum, mirandum, mirabile, rarum, memorabile, neceſſarium. Cic. pro Planc. O rem tum auditu crudelem, tum viſu nefariam. Sic lego hiſtoriam iucundam, honeſtam, vtilem narratu, relatu, memoratu, ſcitu, ſcriptu, lectu, cognitu &c. Item ſubſtantiua tria, Fas, nefas, opus. Ter. Ita dictu opus eſt, ideſt Dicere, aut Dici.*

De Participijs.

PArticipium nomen eſt adiectiuum, quod deriuatur ab omnibus verbis perſonalibus, & cum antecedente ſubſtantiuo conſentit; habetque a tergo caſus ſui verbi; vt Pueri ſtudentes Ciceroni, multum proficiunt, ideſt Qui ſtudent, Quia ſtudent, Quam diu ſtudent, Si ſtudeant &c. prout ſententiæ magis conuenire videtur.

Ab Actiuis duo fiunt Participia; Vnum præſentis, & preteriti imperfecti, quod formatur a prima perſona preteriti impfecti, mutata vltima ſyllaba in ns, vt Amabam amãs, ideſt Qui amat, vel Amabat. Alterum futuri, quod formatur ab vltimo Supino addita rus; vt Amatu amaturus, ideſt Qui amabit.

A Passiuis item duo; Vnum præteriti perfecti & plusquam perfecti, quod formatur ab eodem supino, addita s: vt Amatu amatus, idest Qui amatus est vel erat: Alterum futuri; quod formatur a genitiuo præsentis Participij, mutata tis in dus: vt Amans, amantis, amandus, idest Qui amabitur.

A Neutris duo, Seruiens & seruiturus: sed a Transitiuis quatuor, Arans araturus, Aratus & arandus.

A Neutropassiuis tria, Gaudens, gauisus, & gauisurus.

A Communibus tria in actiua significatione, Amplectens amplexus, & amplexurus: duo in passiua, Amplexus, & Amplectendus.

A Deponentibus tria, Sequens, secutus, & secuturus.

De Participijs Absolutis.

PArticipia præsentis temporis aut præteriti, si defuerit verbum, a quo regi possint, Absoluta dicuntur, & cum suo nomine, aut pronomine copulata, ponuntur in ablatiuo: vt Ardente bello Græcia, direptisque fortunis omnium, Musæ aliò commigrarunt, idest Cum Græcia bello arderet, & fortunæ omnium direptæ fuissent: Etiam aliquando Participium futuri in rus: vt Venturo Cæsare, prædam Ignauæ liquere manus--idest Cum esset venturus Cæsar.

Participium Ens non exprimitur, sed subauditur: vt Cicerone Consule, res Romana maiorem in modum floruit, idest Cum Cicero Consul esset.

Quod si Participium in vulgari lingua habet speciem Absoluti, veluti cum suo nomini vel pronomini antecedit: videre oportet num in aliquo casu conuenire possit cum verbo sequente: vt Cogitanti mihi, quid ad te scriberem, nihil in mentem venit: & Conantem me dicere, pudor deterruit.

NOTAE AD PARTICIPIA.

AMaturus non fere est Qui amabit, nec Amandus Qui amabitur; vtrumque potius necessitatem aut dignitatem aut officium significat. Ouid. Trist. lib. 4.

Misit in arsuros carmina nostra rogos.

idest

idest in rogos, qui arsuri erant, vel qui ardere debebant, non Qui ardebunt. Idem lib. 1.

O mihi post nullos vmquam memorande sodales.

idest Qui mihi memorandus es, vel Qui dignus es vt memore re; raro Qui memoraberis.

Neutropassiua sunt, quæ partim neutro, partim passiuo more coniugantur; vt Gaudeo, soleo, audeo, fido, cum compositis; item hæc, quæ in actiua significatione duplex habent præteritum, Odi & osus sum, Nupsi & nupta sum, Prandi & pransus sum, Cenaui, & cenatus sum, Potaui, & potus sum, Iuraui, & iuratus sum, & ab his composita Exosus, Perosus, Impransus, Incenatus, Iniuratus, & Pertæsus, a prisco Pertædeo. Plaut. Amphit. Nam iniurato scio plus crederet mihi, quam iurato tibi. Sic exosus patriam, Perosus vitam, Pertæsus ignauiam, idest Fastidiens & odio habens.

In Participijs exponendis, præsertim Absolutis, habetur ratio sequentis verbi, quod cuiuscunque temporis fuerit, eòdem fere trahit Participium; vt Cæsare pugnante, hostes cedebant, cesserunt, cessissent; idest Cum Cæsar pugnaret, Quia pugnauit, Si pugnauisset. Cæsare pugnante, hostes cedent, idest Cum pugnabit. Si pugnauerit. Confecto bello, milites dimissi sunt, idest Cũ bellũ esset confectũ: Confecto bello, milites dimittentur idest Quando bellum erit confectum. Plaut. Hic adueniens nomen mutabit meum, idest si aduenerit, vel quando aduenerit.

Participia fiunt nomina duobus modis; primum mutatione significati, vt Diligens pro studioso, Doctus pro perito, Scitus pro eleganti, Admirandus pro admirabili. Deinde mutatione constructionis; vt Ciuis amans patriæ, Patiens inediæ, Consultus iuris, Potens iræ. Cic. Sallust.

Duæ res impediunt, quo minus participio vti liceat, primum quando participium in illo verbo, in illo tempore non inueniatur: vt Venuta la primauera, gli Augelli cantano. *Postquam venit ver, aut Cum venerit ver, aues canunt. Venio enim verbum neutrum caret participio temporis perfecti. Deinde quando in resoluendo relatiuum non cadit in nominatiuum: vt* La Grammatica à te insegnata da Prisciano pate difficultà.

Gram-

Grammatica quam tu doctus es a Prisciano, patitur difficultatem.

De Comparatiuis.

COmparatiuum dicitur nomen adiectiuum, quod declinatur per tres articulos, & duas voces in or & in us:vt Hic & hæc doctior,& hoc doctius: & formatur a nominibus adiectiuis,quorum significatio augeri potest,vel minui a primo casu desinente in i:vt Forti Fortior, idest Magis fortis. Et construitur post se cum ablatiuo sine præpositione, vel alio casu cum Quam, qui pendet a verbo: vt Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. & Iudico te fortiorem, quam Cæsarem,vel quã sit Cæsar. Admittit præterea omnes casus sui positiui, vt Sum longior te tribus digitis, aut trés digitos; & Amantiorem me cui habes neminem. Hoc, eo, quo, tanto, quanto, paulo, aliquanto, multo, longe, nimio, nihilo Comparatiuis iunguntur; vt Quo quisque nobilior est,eo debet esse modestior. Anomala sunt Plus, minus, melior, peior, minor, maior.

NOTAE.

COniunctio Quam, siue Quam vt, Comparatiuis adiuncta respuit negationem. Più scriuo io,che non leggi tu. *Plus ego scribo quam tu legas.* Queste son cose tanto chiare, che non hanno bisogno di proua. *Hæc clariora sunt, quam vt probatione indigeant.*

Plus, Minus, Amplius aduerbia sunt, quæ ad numerum relata construuntur, vt cetera Comparatiua, *cum ablatiuo vel alio casu, qui pendet a verbo,subaudita coniunctione Quam; vt. Fui Romæ plus triennio, vel plus triennium, idest Plus quam triennium. Cæs lib. 4. Bell. Gall. Cum ipsi non amplius quingentos equites haberent, idest Non amplius quam quingentos, vel Non amplius quingentis. Cum alijs autem rebus regunt præterea genitiuum, qui pendet a positiuis Multum, Parum; vt Varro habuit plus doctrinæ, minus eloquentiæ, quam Hortensius, vel Hortensio. At in plurali pro ijs vtimur etiam Plu-*

Plures & Pauciores: vt Crassus habuit plus nummorum, minus amicorum, vel Plures nummos, & pauciores amicos Pompeio, vel Quam Pompeius.

De Superlatiuis.

SVperlatiuum dicitur nomen adiectiuum per tres diuersas voces: vt Doctissimus ma mum. quod fit ab ijsdem nominibus, quæ Comparatiuum formant à primo casu desinente in i, addita s, & simus: vt Forti fortissimus. Sed a desinentibus in r formatur a nominatiuo, addita rimus: vt Niger nigerrimus, Quinque in limus Facilis, agilis, gracilis, humilis, similis, cum compositis: vt Simillimus, dissimillimus, difficillimus. Habet autem Superlatiuum significationem positiui cum maxime: vt Doctissimus, idest maxime doctus, construiturque cum genitiuo plurali, vel singulari nominis collectiui, & ad plures sui generis comparatur: vt Hector fuit fortissimus Troianorum, vel Troianæ gentis. Quandoque genitiuus mutatur in ablatiuum cum Ex vel De, aut in accusatiuum cum Inter: vt Demosthenes fuit eloquentissimus Græcorum, vel ex Græcis, vel inter Græcos.

Superlatiuis adduntur aduerbia Longe, tanto, quanto, & quam; sed hoc vltimum sine casu; & frequentissime cum verbo Possum: vt Quam breuissime, & quam facillime potero, rem expediam.

N O T AE.

ETiam Comparatiuum partitiue acceptum, regit fere genitiuum pluralem, si comparatio fiat inter duo: nam si inter plura, melius Superlatiuo vtemur; vt Manuum fortior est dextera, Parentum Mater est indulgentior, idest Ex parentibus mater est indulgentior, quam pater, Ex manibus fortior est dextra, quam sinistra. Sic digitorum longissimus est medius, potius quam longior. Trium Mundi partium cultissima est Europa, melius quam Cultior. Cæs. Omnium Gallorum fortissimi sunt Belgæ.

Quæ

Quæ habent vocalem ante us, ea fere neque Comparatiuum, neque Superlatiuum formant, sed exponuntur per Magis, & Maxime, vt Magis pius, Magis egregius, Maxime necessarius.

Anomala vtriusque sunt Bonus melior optimus, Malus peior pessimus, Magnus maior maximus, Paruus minor minimus. Item aliqua ex aduerbijs, & præpositionibus: vt Multum plus plurimum, Parum minus minimum, Diu diutius diutissime, Pridem prior primus, Post posterior postremus, Prope propior proximus, Vltra vlterior vltimus, Citra citerior citimus, Supra superior supremus, Infra inferior infimus, Intra interior intimus, Extra exterior extimus vel extremus, Ante anterior.

Composita a Volo, dico, facio, loquor ita formant Comparatiuum, & Superlatiuum, quasi desinerent in ens: vt Beneuolus, beneuolentior, beneuolentissimus; & sic Maleuolus, Maledicus, Magnificus, Munificus, Beneficus, Maleficus, Magniloquus, Grandiloquus &c.

De Relatiuis.

Relatiuum nomen est adiectiuum, quod refert antecedēs, & est duplex, Substantiæ, & Accidentis. Relatiuum Substantiæ dicitur Qui Quæ Quod: quia refert antecedens substantiuum, & hoc si fuerit inter duo substantiua, quæ inuicem sibi respondeant, potest cum vtroque conuenire: vt Locus est in carcere, quod Tullianum appellatur: & Darius ad eum locum peruenerat, quem Amanicas Pylas vocant.

Relatiuum Accidentis est, quod refert antecedens adiectiuum: vt Qualis, quantus, quot, quotus, cuias & cuius. quæ cum sequenti Substantiuo concordant, & per aduerbia similitudinis exponuntur: vt Cupio esse doctus, qualem me prædicatis: & Vellem esse Romanus, cujates estis vos, idest Quemadmodum estis vos.

Qualis refert adiectiua qualitatis: ea sunt Talis, bonus, malus, doctus, indoctus, diues, pauper, albus, niger &c. vt

Qua-

Qualis est in Ciuitate Princeps, tales reliqui solent esse Ciues. Qualis fuit Cæsar? Clemens, fortis, liberalis.

Quantus refert adiectiua quantitatis: Tantus, magnus, longus, breuis, latus, altus, profundus, crassus; vt Cicero tanta contentione dicebat, quantum forum erat. Quanta est hæc platea? Quoquouersus pedes triginta.

Quot refert numeros absolutos. Tot, vnus, duo, tres, quatuor &c. vt Quot homines, tot sententiæ. Quot annos natus es? Quinquaginta.

Quotus refert numeros ordinales: Primus, secundus, tertius &c: vt Quotum annum agis? Quinquagesimum. Quota est hora? Duodecima.

Cuias refert nomina gentis, patriæ, sectæ: vt Cuias es? Italus, Romanus, Platonicus.

Cuius cuia cuium vsurpatur pro genitiuo Cuius: vt Cuia est Mula? Cuium pecus? Melibœi. Ex his Qualis & Quantus vsitatissima sunt: alia rara, & fere semper interrogatiue efferuntur.

NOTAE.

NVmeri simplices, vel absoluti sunt Vnus duo tres quatuor quinque sex septem octo nouem decem vndecim duodecim tredecim quatuordecim quindecim sedecim vel sexdecim septemdecim vel decem & septem, octodecim nouemdecim, vel decem & octo, decem & nouem, vel quod est vsitatius; duodeuiginti & vndeuiginti. quod idem in reliquis octonarijs & nouenarijs retentum est, Viginti octo vel duodetriginta, Quadraginta nouem vel vndequinquaginta &c Viginti, viginti vnus vel vnus & viginti &c. Triginta Quadraginta Quinquaginta Sexaginta Septuaginta Octoginta non Octuaginta, Nonaginta, Centum, Centum quinquaginta, Centum nonaginta nouem, Ducenti Ducentæ Ducenta, sic Trecenti Quadringenti Quingenti Sexcenti Septingenti Octingenti Nongenti Mille, mille centum, mille ducenti &c.

Sed Mille duplicem vsum habet; quia modo adiectiuum est,

Mille

Mille homines, mille pecudes, mille animalia; est enim indeclinabile numeri multitudinis, & commune trium generum: modo vero substantiuum est, significans quod vulgo dicimus, Vn migliaro, *& genitiuo iungitur hoc modo, Mille hominum interfectum est, Duo millia hominum capta, Tribus millibus hostium potiti sumus. In singulari autem numero indeclinabile est, in plurali habet Millia, Millium, Millibus. Et sic Duo millia, tria millia, decem millia, Centum millia, Ducenta millia, Mille millia, vel quod est vsitatius, decies centena millia*, Vn milione. *Vndecies centena millia militum*, Vn milione e cento milia soldati. *Quindecies centena millia*, Vn milione e mezo. *Vicies centena millia*, Due milioni. *Tricies*, Tre milioni, *& sic deinceps. Vide infra in aduerbijs.*

Numeri Ordinales, Primus secundus tertius quartus quintus sextus septimus octauus nonus Decimus vndecimus duodecimus tertius decimus vel decimus tertius, quartus decimus vel decimus quartus, & sic in reliquis, Quintus decimus, sextus decimus, septimus decimus, octauus decimus vel duodeuigesimus, nonus decimus vel vndeuigesimus, Vigesimus vel vicesimus, vigesimus primus vel, præposito minore numero, primus & vigesimus. item in reliquis, vigesimus secundus, vigesimus tertius, Trigesimus seu tricesimus, Quadragesimus, Quinquagesimus, Sexagesimus, Septuagesimus, Octogesimus, Nonagesimus, Centesimus, Ducesimus, Trecesimus, Quadringesimus, Quingesimus, Sexcesimus, Septingesimus, Octingesimus, Nongesimus, pro quibus etiam dicimus Ducentesimus, Trecentesimus &c. Millesimus bismillesimus &c.

Numeri geminati, Singuli singulæ singula, Ad vno ad vno, Ciascuna per ciascuna cosa. *Bini binæ bina*, A due a due; *& sic in reliquis. Terni quaterni quini seni septeni octoni noueni Deni vndeni duodeni terdeni & ternideni, quaterdeni & quaternideni, quindeni & quinideni, senideni septenideni Octonideni vel duodeuiceni, nouenideni vel vndeuiceni, Viceni, viceni singuli, viceni bini, viceni terni, vel Singuli & viceni &c. Triceni quadrageni quinquageni sexageni septuageni*

octogeni

octogeni nonageni , Centeni duceni treceni quadringeni quingeni sexceni septingeni octingeni nongeni Milleni , bis milleni &c. Dicimus etiam Ducenteni , trecenteni & reliqua eodem modo , sed rarius . Hinc deducta est alia series numerorum in arius, vt Binarius Centenarius Millenarius, qui significatione consentiunt cum simplicibus numeris , & sæpe ætatem aut pondus designant : vt Homo sexagenarius . idest Sexaginta annos *natus : Lapis Vicenarius, idest Viginti pondo ,* Di venti libre.

Aduerbia numeralia, Semel bis ter quater quinquies sexies septies octies nouies Decies vndecies duodecies tredecies quaterdecies quindecies sedecies septies decies vel decies septies , octies decies vel decies octies, vel duodeuicies, nouies decies vel decies nouies vel vndeuicies, Vicies, vicies semel vel semel & vicies &c. Tricies quadragies quinquagies sexagies septuagies octogies nonagies, Centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexienties, septingenties, octingenties, nongenties , Millies , bis millies , ter millies, Centies millies , Cento milla volte , *Millies millies vel , quod vsitatius est , Decies centies millies ,* Vn milion di volte , *Vicies centies millies ,* Due millioni di volte , *& sic deinceps .*

Inter numerum simplicem et geminatum hoc interest, quod ille significat quantitatem rei simplicem , & absolutam, hic verò geminam & sæpius repetitam hoc modo ; Pater *legauit nobis centum aureos , idest summam duntaxat centum aureorum, inter nos æqualiter distribuendorum,* Cento scudi fra tutti. *Contra* Pater *legauit nobis centenos aureos , idest vnicuique de nobis centum ,* Cento scudi per ciascuno .

De Figuris Constructionis .

Figura Grammatica duplex est , vna Constructionis , altera Dictionis : hæc in vna voce perficitur ; illa in pluribus . vtræque paulum recesserunt a communibus regulis, & auctoritate veterum latinorum vel approbantur vel excusantur . Figuræ Constructionis sunt Octo, Dictionis Quindecim .

Zeugma fit, cum vnum verbum, vel nomen adiectiuũ conuenit

pluribus dictionibus, sed concordat cum viciniore: idque aut verbo antepoſito, vt Vicit pudorem libido, Timorem audacia, Paupertatem opes atque diuitiæ: aut interpoſito, vt Miro me deſiderio Vrbs afficit, & omnes mei, tuque in primis: aut poſtpoſito, vt Semper honos, nomenque tuum laudeſque manebunt. & Polliceor tibi ſtudium, opes, induſtriam, fidem meam.

*S*yllepſis eſt, cum verbum, vel adiectiuum numeri multitudinis conuenit pluribus dictionibus, ſed concordat cum digniore vel perſona, vel genere: vt Ego & Tu legimus: *Tu & Magiſter* ambulatis, nam prima perſona dignior eſt quam ſecunda, & ſecunda quam tertia. Mars & Venus capti. Caia & Mancipium mortuæ. nam genus maſculinum dignius eſt feminino, & femininum neutro. tamen neutrum cenſetur nobilius, cum ſermo eſt de rebus inanimis; vt Labor & voluptas vtilia. Quod ſi præcedentia ſubſtantiua erunt omnia maſculina vel omnia feminina; ſequens adiectiuum poteſt eſſe generis eiuſdem: vt Honor & Labor æque diligendi ſunt; Ignauia & Ignominia æque repudiandæ.

Prolepſis eſt, cum vnum verbum vel adiectiuum numeri multitudinis conuenit cum Toto, & in partibus ſequentibus tacite repetitur; vt Diſcipuli metuunt, vnus Magiſtrum, alius Patrem: Conſules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam caſtra ponunt.

Syntheſis eſt, cum oratio diſcrepat voce, ſed conuenit intellectu: vt Gens armati; Populus currunt: Capita coniurationis virgis cæſi, ac ſecuri percuſſi.

Antiptóſis eſt, cum accuſatiuus ante relatiuum ponitur pro nominatiuo: vt Vrbem quam ſtatuo, veſtra eſt: Naucratem quem conuenire volebam, in naui non erat. Vſitatius eſt relatiuum antepoſtere: vt Quas litteras a te accepi, gratiſſimæ mihi fuerunt. Item cum datiuus vſurpatur pro accuſatiuo cum Ad: vt It clamor Cœlo, pro Ad Cœlum.

Euocatio eſt, cum verbo primæ vel ſecundæ perſonæ præponitur nomen tertiæ: vt Troës te miſeri oramus, pro Nos Troës,

Synecdoche

Synecdoche est, cum id quod conuenit in partem, tribuitur toti: vt Aetiops albus dentes, aut dentibus; Mulier laniata capillos, aut capillis, idest Habens capillos laniatos.

Appositio est coniunctio plurium substantiuorum in eodem casu sine copula; quamquam genere aut numero discrepent: vt Vrbs Venetiæ, Flumen Tiberis. Virg.

Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Diuum.

De Figuris Dictionis.

Prothesis addit aliquid in principio: vt Gnatus pro natus: Tetulissem pro tulissem.

Epentesis interponit aliquid in medio: vt Mauors pro Mars, Virago pro Virgo, Induperator pro Imperator.

Paragòge addit aliquid in fine: vt Dicier, Eludier, pro Dici Eludi.

Apheresis tollit aliquid a principio: vt Temne pro contemne, Pone metum, pro depone.

Syncope tollit e medio: vt nosti pro nouisti, Periclis pro periculis.

Apocope tollit a fine: vt Fac pro face.

Antithesis est commutatio litterarum: vt Olli pro illi, Volt pro vult.

Methathesis est litterarum ordo immutatus: vt Tymbre pro Tymber, Euandre pro Euander.

Ectasis siue Diastole, est productio syllabæ natura breuis: vt Marìa Sophìa Gregòri Tìbèri penultima longa.

Sistole est contractio syllabæ natura longæ: vt Darius Basilius Cesarea Alexandria penultima breui.

Diæresis est diuisio vnius syllabæ in duas: vt Aquài, Terrài, pro aquæ, terræ.

Synæresis est contractio duarum syllabarum in vnam: vt Phæton pro Phaëton, Di pro Dij, Suaue Suade disyllaba, Huic Hei Cui monsyllaba.

Synalephe est abiectio vocalis in fine dictionis, propter vocalem sequentem: vt Ill'ego, pro Ille ego.

Ecthlipsis est collisio litteræ m cum vocali præcedente propter vocalem sequentem: vt Mult'ille, pro multum ille.

Tmesis est separatio dictionis compositæ: vt Hac celebrata tenus, pro Hactenus: Septem subiecta trioni, pro Septentrioni: Celtis commissum nomen Ibéris, pro Celtiberis.

ADMONITIO.

Patronymica nobiliores Grammatici omiserunt; credo quia in deriuatis nominibus numeranda sunt, eaque satis est inclinare per suos casus. ad rationem verò Syntaxeos non plus attinent Priamides *& Anchisiades, quam* Priamus, *& Anchises. Adde quod fere tantum a Græcis vocibus & Græcorum more formantur. Latinorum regulæ minus firmæ minus veræ, Poetarum obseruatio certa, & expedita. Nos tamen quia versibus faciundis vtilia sunt, Prosodiæ adiunximus. Ceterum de varia nominum, aliarumque partium constructione, nihil hoc loco præcipiendum putauimus; quod sæpe facto periculo intelleximus præstare, ea pueros ex optimis latinitatis Auctoribus, quam ex Grammaticis præceptionibus comparare. & hæc tamen cum ijs, quorum in prima editione meminimus, De comparanda latini sermonis elegantia & copia, fuse tractauimus in proprio libello, quem propediem, Deo adiuuante, vulgabimus. Quæ post-sequuntur decem capita, velut Appendices Regularum; opportune post Syntaxim, semel aut iterum excursam, a Doctoribus exponentur.*

De vsu, & interpretatione Subiunctiui. Caput Primum.

Subiunctiuo conuenit alia quædam interpretatio in vulgari lingua per vocem Gerundij, aut Participij hoc modo; Cum amem, aut Cum amarem, *Amando io, ouero Per amar io*; ames aut amares, *amando tu*; amet aut amaret, *amãdo quello* &c. Sed quando aut Præsenti, aut Præterito imperfecto vtendum

dum sit in Gerundio exponendo; cognoscetur ex verbo, quod Gerundio erit adiunctum. Nam si verbum illud erit temporis præsentis, aut futuri, aut imperfecti Subiunctiui; expositio Gerundij fiet per vocem præsentis hoc pacto; *Leggẽdo io, tu scriui, o scriuerai, o scriueresti*; Cum ego legam, tu scribis, aut scribes, aut scriberes. Quod si idem verbum erit temporis imperfecti, aut perfecti, aut plusquam perfecti; expositio Gerundij fiet per vocem imperfecti hoc pacto; *Leggendo io, tu scriueui, o scriueresti, o haueui scritto, o haueresti scritto*; Cum ego legerem, tu scribebas, aut scripsisti, aut scripseras, aut scripsisses. Sed præteritum perfectum duplex est, Propinquum scilicet, & Remotum: hoc nostrate lingua exprimitur per vnam vocem, *Venni, Vidi, Vinsi*: illud per duas, *Son venuto, hò veduto, hò vinto*. Ergo cum præterito valde remoto, Participium semper exponitur per vocem imperfecti, cum propinquo autem, sæpius per vocem præsentis; vt *Studiando io giorno e notte, mi amalai*; Cum diu noctuque studerem, incidi in morbum; *Leggendo spesso Cicerone, hò imparato la lingua latina*; Cum sæpe legam Ciceronem, didici linguam Latinam; *Strapazzando tu gli studi, hò pensato di mandarti a qualche Arte mecanica*; Cum studia negligenter tractes, putaui, te ad sedentarias artes transmittendum esse. Cum amauerim, & cum amauissem, *Hauendo io amato, o vero per hauer' io amato*; Amaueris, aut amauisses, *Hauẽdo tu amato, ouero Per hauer tu amato &c.* Atq; hic quoq; quando aut perfecto, aut plusquam perfecto vtendum sit in exponendo Participio, facile est intelligere ex ijs, quæ supra scripsimus; vt *Hauendo io letto vn pezzo, volentier mi riposo, o mi riposerò, o mi riposerei*; Cum diu legerim, libenter quiesco, aut quiescam, aut quiescerem. Item *Hauendo io letto vn pezzo, volentier mi riposaua, o mi riposai, o mi sarei riposato*; Cum diu legissem, libenter quiescebam, aut quieui, aut quieuissem. Passiua quoq; aliam interpretationem admittunt, cuius vsus & discrimen eadem ratione dignoscitur. itaque nuda subijcere exempla satis est: Cum amer, aut cum amarer; *Essendo io amato, ouero Per essère io amato*; ameris, aut amareris; *Essendo tu amato &c.* Cum amatus sim vel fue-

rim, aut Cum amatus essem vel fuissem; *Essendo io stato amato, ouero Per esser'io stato amato*, sis vel fueris, aut esses vel fuisses; *Essendo tu stato amato, ouero Per esser tu stato amato &c. Essendo honorati gli huomini dotti, ouero Per esser honorati gli huomini dotti, volentieri attendo, attenderò, attenderei, & ho atteso quest'anno alle lettere*; Cum honorentur viri docti, libenter colo, colam, colerem, & colui hoc anno litteras. *Essendo honorati gli huomini dotti, io volentieri attendeua, & attesi in mia giouentù alle lettere*; Cum honorarentur viri docti, libenter colebam, & colui litteras adolescens. *Essendo stati honorati gli huomini dotti, io volentieri attendo, attenderò, attenderei, & ho atteso questo inuerno alle lettere*; Cum honorati sint viri docti; libenter colo, colam, colerem, & hac hieme colui litteras. *Essendo stati vituperati sempre gli ignoranti, ouero Per esser in ogni tempo stati vituperati gli ignoranti, io cercaua, & cercai molti anni sono la Sapienza*; Cum improbati essent omni tempore homines imperiti, quærebam, & ante multos annos quæsiui Sapientiam. Atque hoc discrimen in reliquis Coniugationibus eadem ratione obseruare facile est.

Amauerimus amaueritis, penultima correcta tam in Præterito quam in futuro vsitatius, & commodius pronunciantur.

De Reciproco Sui, & Suus.
Cap. secundum.

Reciproco Sui Sibi Se vtimur, cum tertia persona transit in se ipsam, hoc est Cum actus personæ tertiæ reflectitur eo, vnde processit. Hoc tribus modis potest contingere, Primum in vna persona & vno verbo; vt Cæsar meminit sui, Indulget sibi, Amat se, Loquitur secum; Secundo in duabus personis & vno verbo, vt Cæsar Gallos habuit studiosos sui, Amicos sibi, Coniunctos secum; Tertio in duabus personis & totidem verbis, vt Cæsar a Consulibus petebat, ne obliuiscerentur sui, Ne sibi iniuriam facerent, Ne secum armis decertarent, in primo genere semper Reciproco vtimur. Cic. de Fin.

Fin. V. Eorum est hæc querela, qui sibi cari sunt, seseque diligunt. In secundo & tertio cum duæ personæ interueniant; videre oportet, ad vtram earum fiat Reciprocatio, ad eam ne quæ agit, an ad eam quæ patitur. Nam si ad agentem fit, tam Reciproco quam Pronomine demonstratiuo vti licet; si ad Patientem, tantum Reciproco. exempla primi generis, Cæsar me habuit amantem sui aut ipsius; quia reciprocatio Cæsarem Agentem respicit, non me Patientem. item Cæsar me rogauit, vt secum irem aut cum eo. Cic. Att. Qui etiam a me petierit, vt secum & apud se essem quotidie, pro Secum & Apud se potuit etiam dicere, Cum eo & Apud eum. Idem Att. lib. 2. Camillus mihi scripsit te cum eo locutum. pro cum eo potuit & Secum dicere; quia reciprocatio Camillum, personam scribentem atque Agentem respicit, non me Patientem, cui videlicet scribitur. Tamen in hoc genere Reciprocum est vsitatius. Alterum est genus, cum Reciprocatio ad Patientem refertur, in quo semper Reciproco vtimur; vt Vidi Pompeium diffidentem sibi, non ipsi; & Hominem rogaui, ne desereret se non ipsum. At cum duæ interueniunt personæ tertiæ, quia Reciprocatio indifferenter solet fieri ad vtramque; fit interdum ambigua oratio, si neque ex verbis antecedentibus, neque ex consequentibus pateat sententia; vt Cæsar nouerat Antonium studentem sibi. Rogo Cui sibi? Cæsari ne an Antonio? Potest sane intelligi de vtroque; sed plerumque Reciprocum ad Agentem refertur, & quamquam huiusmodi ambiguitas in Veterum scriptis raro aut nunquam occurrat; nos tamen in vtendo, hunc scopulum ita vitabimus; vt cum de Agente accipi volumus, nudo Reciproco vtamur; cum de Patiente, adiungamus ei Demonstratiuum fere ad hunc modum; Cæsar nouerat Antonium studentem sibi, hoc est Cæsari, studentem ipsum sibi, hoc est Antonio. Cic. Dionysius instituit, vt filiæ barbam sibi & capillum adurerent, sibi videlicet Dionysio; nec enim de filiabus accipi potest non barbatis. Liu. Pater filium complexus orabat, ne se ipse in tantum discrimen immitteret, se videlicet filium. Cassius rogat Brutum ne sibi desit, idest Cassio; ne ipse sibi desit, idest Bruto.

Reci-

A Passiuis item duo; Vnum præteriti perfecti & plusquam perfecti, quod formatur ab eodem supino, addita s: vt Amatu amatus, idest Qui amatus est vel erat: Alterum futuri; quod formatur a genitiuo præsentis Participij, mutatá tis in dus: vt Amans, amantis, amandus, idest Qui amabitur.

A Neutris duo, Seruiens & seruiturus: sed a Transitiuis quatuor, Arans araturus, Aratus & arandus.

A Neutropassiuis tria, Gaudens, gauisus, & gauisurus.

A Communibus tria in actiua significatione, Amplectens amplexus, & amplexurus: duo in passiua, Amplexus, & Amplectendus.

A Deponentibus tria, Sequens, secutus, & secuturus.

De Participijs Absolutis.

Participia præsentis temporis aut præteriti, si defuerit verbum, a quo regi possint, Absoluta dicuntur, & cum suo nomine, aut pronomine copulata, ponuntur in ablatiuo: vt Ardente bello Græcia, direptisque fortunis omnium, Musæ aliò commigrarunt, idest Cum Græcia bello arderet, & fortunæ omnium direptæ fuissent: Etiam aliquando Participium futuri in rus: vt Venturo Cæsare, prædam Ignauæ liquere manus--idest Cum esset venturus Cæsar.

Participium Ens non exprimitur, sed subauditur: vt Cicerone Consule, res Romana maiorem in modum floruit, idest Cum Cicero Consul esset.

Quod si Participium in vulgari lingua habet speciem Absoluti, veluti cum suo nomini vel pronomini antecedit: videre oportet num in aliquo casu conuenire possit cum verbo sequente: vt Cogitanti mihi, quid ad te scriberem, nihil in mentem venit: & Conantem me dicere, pudor deterruit.

NOTAE AD PARTICIPIA.

Maturus non fere est Qui amabit, nec Amandus Qui amabitur; vtrumque potius necessitatem aut dignitatem aut officium significat. Ouid. Trist. lib. 4.

Misit in arsuros carmina nostra rogos.

idest

idest in rogos, qui arsuri erant, vel qui ardere debebant, non Qui ardebunt. Idem lib. 1.

O mihi post nullos vmquam memorande sodales.

idest Qui mihi memorandus es, vel Qui dignus es vt memorere: raro Qui memoraberis.

Neutropassiua sunt, quæ partim neutro, partim passiuo more coniugantur; vt Gaudeo, soleo, audeo, fido, cum compositis; item hæc, quæ in actiua significatione duplex habent præteritum, Odi & osus sum, Nupsi & nupta sum, Prandi & pransus sum, Cenaui, & cenatus sum, Potaui, & potus sum, Iuraui, & iuratus sum, & ab his composita Exosus, Perosus, Impransus, Incenatus, Iniuratus, & Pertæsus, a prisco Pertædeo. Plaut. Amphit. Nam iniurato scio plus crederet mihi, quam iurato tibi. Sic exosus patriam, Perosus vitam, Pertæsus ignauiam, idest Fastidiens & odio habens.

In Participijs exponendis, præsertim Absolutis, habetur ratio sequentis verbi, quod cuiuscunque temporis fuerit, eodem fere trahit Participium; vt Cæsare pugnante, hostes cedebant, cesserunt, cessissent; idest Cum Cæsar pugnaret, Quia pugnauit, Si pugnauisset. Cæsare pugnante, hostes cedent, idest Cum pugnabit. Si pugnauerit. Confecto bello, milites dimissi sunt, idest Cũ bellũ esset confectũ: Confecto bello, milites dimittentur idest Quando bellum erit confectum. Plaut. Hic adueniens nomen mutabit meum, idest si aduenerit, vel quando aduenerit.

Participia fiunt nomina duobus modis; primum mutatione significati, vt Diligens pro studioso, Doctus pro perito, Scitus pro eleganti, Admirandus pro admirabili. Deinde mutatione constructionis; vt Ciuis amans patriæ, Patiens inediæ, Consultus iuris, Potens iræ. Cic. Sallust.

Duæ res impediunt, quo minus participio vti liceat, primum quando participium in illo verbo, in illo tempore non inueniatur: vt Venuta la primauera, gli Augelli cantano. *Postquam venit ver, aut Cum venerit ver, aues canunt. Venio enim verbum neutrum caret participio temporis perfecti. Deinde quando in resoluendo relatiuum non cadit in nominatiuum: vt* La Grammatica à te insegnata da Prisciano pare difficultà.

Gram-

Grammatica quam tu doctus es a Prisciano, patitur difficultatem.

De Comparatiuis.

COmparatiuum dicitur nomen adiectiuum, quod declinatur per tres articulos, & duas voces in or & in us: vt Hic & hæc doctior, & hoc doctius: & formatur a nominibus adiectiuis, quorum significatio augeri potest, vel minui a primo casu desinente in i: vt Forti Fortior, idest Magis fortis. Et construitur post se cum ablatiuo sine præpositione, vel alio casu cum Quam, qui pendet a verbo: vt Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. & Iudico te fortiorem, quam Cæsarem, vel quã sit Cæsar. Admittit præterea omnes casus sui positiui, vt Sum longior te tribus digitis, aut très digitos, & Amantiorem mei habes neminem. Hoc, eo, quo, tanto, quanto, paulo, aliquanto, multo, longe, nimio, nihilo Comparatiuis iunguntur; vt Quo quisque nobilior est, eo debet esse modestior. Anomala sunt Plus, minus, melior, peior, minor, maior.

N O T AE.

COniunctio Quam, siue Quam vt, Comparatiuis adiuncta respuit negationem. Più scriuo io, che non leggi tu. *Plus ego scribo quam tu legas.* Queste son cose tanto chiare, che non hanno bisogno di proua. *Hæc clariora sunt, quam vt probatione indigeant.*

Plus, Minus, Amplius aduerbia sunt, quæ ad numerum relata construuntur, vt cætera Comparatiua, *cum ablatiuo vel alio casu, qui pendet a verbo, subaudita coniunctione Quam; vt. Fui Romæ plus triennio, vel plus triennium, idest Plus quam triennium. Cæs lib. 4. Bell. Gall. Cum ipsi non amplius quingentos equites haberent, idest Non amplius quam quingentos, vel Non amplius quingentis. Cum alijs autem rebus regunt præterea genitiuum, qui pendet a positiuis Multum, Parum; vt Varro habuit plus doctrinæ, minus eloquentiæ, quam Hortensius, vel Hortensio. At in plurali pro ijs vtimur etiam Plu-*

Plures & Pauciores: vt Crassus habuit plus nummorum, minus amicorum, vel Plures nummos, & pauciores amicos Pompeio, vel Quam Pompeius.

De Superlatiuis.

SVperlatiuum dicitur nomen adiectiuum per tres diuersas voces: vt Doctissimus ma mum. quod fit ab ijsdem nominibus, quæ Comparatiuum formant à primo casu desinente in i, addita s, & simus: vt Forti fortissimus. Sed a desinentibus in r formatur a nominatiuo, addita rimus: vt Niger nigerrimus, Quinque in limus Facilis, agilis, gracilis, humilis, similis, cum compositis: vt Simillimus, dissimillimus, difficillimus. Habet autem Superlatiuum significationem positiui cum maxime: vt Doctissimus, idest maxime doctus, construiturque cum genitiuo plurali, vel singulari nominis collectiui, & ad plures sui generis comparatur: vt Hector fuit fortissimus Troianorum, vel Troianæ gentis. Quandoque genitiuus mutatur in ablatiuum cum Ex vel De, aut in accusatiuum cum Inter: vt Demosthenes fuit eloquentissimus Græcorum, vel ex Græcis, vel inter Græcos.

Superlatiuis adduntur aduerbia Longe, tanto, quanto & quam; sed hoc vltimum sine casu; & frequentissime cum verbo Possum: vt Quam breuissime, & quam facillime potero, rem expediam.

N O T AE.

ETiam Comparatiuum partitiue acceptum, regit fere genitiuum pluralem, si comparatio fiat inter duo: nam si inter plura, melius Superlatiuo vtemur; vt Manuum fortior est dextera, Parentum Mater est indulgentior, idest Ex parentibus mater est indulgentior, quam pater, Ex manibus fortior est dextra, quam sinistra. Sic digitorum longissimus est medius, potius quam longior. Trium Mundi partium cultissima est Europa, melius quam Cultior. Cæs. Omnium Gallorum fortissimi sunt Belgæ.

Quæ

Quæ habent vocalem ante us, ea fere neque Comparatiuum, neque Superlatiuum formant, sed exponuntur per Magis, & Maxime, vt Magis pius, Magis egregius, Maxime necessarius.

Anomala vtriusque sunt Bonus melior optimus, Malus peior pessimus, Magnus maior maximus, Paruus minor minimus. Item aliqua ex aduerbijs, & præpositionibus: vt Multum plus plurimum, Parum minus minimum, Diu diutius diutissime, Pridem prior primus, Post posterior postremus, Prope propior proximus, Vltra vlterior vltimus, Citra citerior citimus, Supra superior supremus, Infra inferior infimus, Intra interior intimus, Extra exterior extimus vel extremus, Ante anterior.

Composita a Volo, dico, facio, loquor ita formant Comparatiuum, & Superlatiuum, quasi desinerent in ens: vt Beneuolus, beneuolentior, beneuolentissimus; & sic Maleuolus, Maledicus, Magnificus, Munificus, Beneficus, Maleficus, Magniloquus, Grandiloquus &c.

De Relatiuis.

Relatiuum nomen est adiectiuum, quod refert antecedēs, & est duplex, Substantiæ, & Accidentis. Relatiuum Substantiæ dicitur Qui Quæ Quod: quia refert antecedens substantiuum, & hoc si fuerit inter duo substantiua, quæ inuicem sibi respondeant, potest cum vtroque conuenire: vt Locus est in carcere, quod Tullianum appellatur: & Darius ad eum locum peruenerat, quem Amanicas Pylas vocant.

Relatiuum Accidentis est, quod refert antecedens adiectiuum: vt Qualis, quantus, quot, quotus, cuias & cuius. quæ cum sequenti Substantiuo concordant, & per aduerbia similitudinis exponuntur: vt Cupio esse doctus, qualem me prædicatis: & Vellem esse Romanus, cuiates estis vos, idest Quemadmodum estis vos.

Qualis refert adiectiua qualitatis: ea sunt Talis, bonus, malus, doctus, indoctus, diues, pauper, albus, niger &c. vt

Qua-

Qualis est in Ciuitate Princeps, tales reliqui solent esse Ciues. Qualis fuit Cæsar? Clemens, fortis, liberalis.

Quantus refert adiectiua quantitatis: Tantus, magnus, longus, breuis, latus, altus, profundus, crassus; vt Cicero tanta contentione dicebat, quantum forum erat. Quanta est hæc platea? Quoquouersus pedes triginta.

Quot refert numeros absolutos. Tot, vnus, duo, tres, quatuor &c. vt Quot homines, tot sententiæ. Quot annos natus es? Quinquaginta.

Quotus refert numeros ordinales: Primus, secundus, tertius &c: vt Quotum annum agis? Quinquagesimum. Quota est hora? Duodecima.

Cuias refert nomina gentis, patriæ, sectæ: vt Cuias es? Italus, Romanus, Platonicus.

Cuius cuia cuium vsurpatur pro genitiuo Cuius: vt Cuia est Mula? Cuium pecus? Meliboei. Ex his Qualis & Quantus vsitatissima sunt: alia rara, & fere semper interrogatiue efferuntur.

N O T AE.

NVmeri simplices, vel absoluti sunt Vnus duo tres quatuor quinque sex septem octo nouem decem vndecim duodecim tredecim quatuordecim quindecim sedecim vel sexdecim septemdecim vel decem & septem, octodecim nouemdecim, vel decem & octo, decem & nouem, vel quod est vsitatius; duodeuiginti & vndeuiginti. quod idem in reliquis octonarijs & nouenarijs retentum est, Viginti octo vel duodetriginta, Quadraginta nouem vel vndequinquaginta &c Viginti, viginti vnus vel vnus & viginti &c. Triginta Quadraginta Quinquaginta Sexaginta Septuaginta Octoginta non Octuaginta. Nonaginta, Centum, Centum *quinquaginta*, Centum *nonaginta nouem, Ducenti Ducentæ Ducenta, sic Trecenti Quadringenti Quingenti Sexcenti Septingenti Octingenti Nongenti Mille, mille centum, mille ducenti &c.*

Sed Mille duplicem vsum habet; quia modo adiectiuum est,

Mille

Mille homines, mille pecudes, mille animalia; est enim indeclinabile numeri multitudinis, & commune trium generum: modo vero substantiuum est, significans quod vulgo dicimus, Vn migliaro, *& genitiuo iungitur hoc modo, Mille hominum interfectum est, Duo millia hominum capta, Tribus millibus hostium potiti sumus. In singulari autem numero indeclinabile est, in plurali habet Millia, Millium, Millibus. Et sic Duo millia, tria millia, decem millia, Centum millia, Ducenta millia, Mille millia, vel quod est vsitatius, decies centena millia*, Vn milione. *Vndecies centena millia militum*, Vn milione e cento milia soldati. *Quindecies centena millia*, Vn milione e mezo. *Vicies centena millia*, Due milioni. *Tricies*, Tre milioni, *& sic deinceps. Vide infra in aduerbijs.*

Numeri Ordinales, Primus secundus tertius quartus quinctus sextus septimus octauus nonus Decimus vndecimus duodecimus tertius decimus vel decimus tertius, quartus decimus vel decimus quartus, & sic in reliquis, Quinctus decimus, sextus decimus, septimus decimus, octauus decimus vel duodeuigesimus, nonus decimus vel vndeuigesimus, Vigesimus vel vicesimus, vigesimus primus vel, præposito minore numero, primus & vigesimus. item in reliquis, vigesimus secundus, vigesimus tertius, Trigesimus seu tricesimus, Quadragesimus, Quinquagesimus, Sexagesimus, Septuagesimus, Octogesimus, Nonagesimus, Centesimus, Ducesimus, Trecesimus, Quadringesimus, Quingesimus, Sexcesimus, Septingesimus, Octingesimus, Nongesimus, pro quibus etiam dicimus Ducentesimus, Trecentesimus &c. Millesimus bismillesimus &c.

Numeri geminati, Singuli singulæ singula, Ad vno ad vno, Ciascuna per ciascuna cosa. *Bini binæ bina*, A due a due; *& sic in reliquis. Terni quaterni quini seni septeni octoni noueni Deni vndeni duodeni terdeni & ternideni, quaterdeni & quaternideni, quindeni & quinideni, senideni septenideni Octonideni vel duodeuiceni, nouenideni vel vndeuiceni, Viceni, viceni singuli, viceni bini, viceni terni, vel Singuli & viceni &c. Triceni quadrageni quinquageni sexageni septuageni*

octogeni nonageni , Centeni duceni treceni quadringeni quingeni sexceni septingeni octingeni nongeni Milleni , bis milleni &c. Dicimus etiam Ducenteni , trecenteni & reliqua eodem modo , sed rarius . Hinc deducta est alia series numerorum in arius, vt Binarius Centenarius Millenarius, qui significatione consentiunt cum simplicibus numeris , & sæpe ætatem aut pondus designant : vt Homo sexagenarius . idest Sexaginta annos *natus : Lapis Vicenarius, idest Viginti pondo ,* Di venti libre.

Aduerbia numeralia, Semel bis ter quater quinquies sexies septies octies nouies Decies vndecies duodecies tredecies quaterdecies quindecies sedecies septies decies vel decies septies , octies decies vel decies octies, vel duodeuicies, nouies decies vel decies nouies vel vndeuicies, Vicies, vicies semel vel semel & vicies &c. Tricies quadragies quinquagies sexagies septuagies octogies nonagies, Centies, ducenties, trecenties, quadringenties, quingenties, sexienties, septingenties, octingenties, nongenties , Millies , bis millies , ter millies, Centies millies , Cento milia volte , *Millies millies vel , quod vsitatius est , Decies centies millies ,* Vn milion di volte , *Vicies centies millies ,* Due millioni di volte , *& sic deinceps .*

Inter numerum simplicem et geminatum hoc interest, quod ille significat quantitatem rei simplicem , & absolutam, hic verò geminam & sæpius repetitam hoc modo , Pater legauit nobis centum aureos , idest summam duntaxat centum aureorum, inter nos æqualiter distribuendorum, Cento scudi fra tutti. *Contra Pater legauit nobis centenos aureos , idest vnicuique de nobis centum ,* Cento scudi per ciascuno .

De Figuris constructionis.

Figura Grammatica duplex est , vna Constructionis , altera Dictionis : hæc in vna voce perficitur ; illa in pluribus . vtraque paulum recesserunt a communibus regulis, & auctoritate veterum latinorum vel approbantur vel excusantur . Figuræ Constructionis sunt Octo, Dictionis Quindecim .

Zeugma fit, cum vnum verbum, vel nomen adiectiuũ conuenit

pluribus dictionibus, sed concordat cum viciniore: idque aut verbo anteposito, vt Vicit pudorem libido, Timorem audacia, Paupertatem opes atque diuitiæ: aut interposito, vt Miro me desiderio Vrbs afficit, & omnes mei, tuque in primis: aut postposito, vt Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt. & Polliceor tibi studium, opes, industriam, fidem meam.

Syllepsis est, cum verbum, vel adiectiuum numeri multitudinis conuenit pluribus dictionibus, sed concordat cum digniore vel persona, vel genere: vt Ego & Tu legimus: Tu & Magister ambulatis, nam prima persona dignior est quam secunda, & secunda quam tertia. Mars & Venus capti. Caia & Mancipium mortuæ. nam genus masculinum dignius est feminino, & femininum neutro. tamen neutrum censetur nobilius, cum sermo est de rebus inanimis; vt Labor & voluptas vtilia. Quod si præcedentia substantiua erunt omnia masculina vel omnia feminina; sequens adiectiuum potest esse generis eiusdem: vt Honor & Labor æque diligendi sunt; Ignauia & Ignominia æque repudiandæ.

Prolepsis est, cum vnum verbum vel adiectiuum numeri multitudinis conuenit cum Toto, & in partibus sequentibus tacite repetitur; vt Discipuli metuunt, vnus Magistrum, alius Patrem: Consules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium, ille ad montem Gaurum, hic ad Saticulam castra ponunt.

Synthesis est, cum oratio discrepat voce, sed conuenit intellectu: vt Gens armati; Populus currunt: Capita coniurationis virgis cæsi, ac securi percussi.

Antiptósis est, cum accusatiuus ante relatiuum ponitur pro nominatiuo: vt Vrbem quam statuo, vestra est: Naucratem quem conuenire volebam, in naui non erat. Vsitatius est relatiuum anteponere: vt Quas litteras a te accepi, gratissimæ mihi fuerunt. Item cum datiuus vsurpatur pro accusatiuo cum Ad: vt It clamor Cœlo, pro Ad Cœlum.

Euocatio est, cum verbo primæ vel secundæ personæ præponitur nomen tertiæ: vt Troës te miseri oramus, pro Nos Troës,

Synecdoche

Synecdoche est, cùm id quod conuenit in partem, tribuitur toti: vt Aetiops albus dentes, aut dentibus; Mulier laniata capillos, aut capillis, idest Habens capillos laniatos.

Appositio est coniunctio plurium substantiuorum in eodem casu sine copula; quamquam genere aut numero discrepent: vt Vrbs Venetiæ, Flumen Tiberis. Virg.

Dardanidæ magni, genus alto a sanguine Diuum.

De Figuris Dictionis.

Prothesis addit aliquid in principio: vt Gnatus pro natus: Tetulissem pro tulissem.

Epentesis interponit aliquid in medio: vt Mauors pro Mars, Virago pro Virgo, Induperator pro Imperator.

Paragòge addit aliquid in fine; vt Dicier, Eludier, pro Dici Eludi.

Apheresis tollit aliquid a principio: vt Temne pro contemne, Pone metum, pro depone.

Syncope tollit e medio: vt nosti pro nouisti, Periclis pro periculis.

Apocope tollit a fine: vt Fac pro face.

Antithesis est commutatio litterarum: vt Olli pro illi, Volt pro vult.

Methathesis est litterarum ordo immutatus: vt Tymbre pro Tymber, Euandre pro Euander.

Ectasis siue Diastole, est productio syllabæ natura breuis; vt Marìa Sophìa Gregòri Tibèri penultima longa.

Sistole est contractio syllabæ natura longæ: vt Darius Basilius Cesarea Alexandria penultima breui.

Diœresis est diuisio vnius syllabæ in duas: vt Aquài, Terrài, pro aquæ, terræ.

Synerefis est contractio duarum syllabarum in vnam: vt Phaeton pro Phaëton, Di pro Dij, Suaue Suade disyllaba, Huic Hei Cui monsyllaba.

Synalephe est abiectio vocalis in fine dictionis, propter vocalem sequentem: vt Ill'ego, pro Ille ego.

Ecthlipsis est collisio litteræ m cum vocali præcedente propter vocalem sequentem: vt Mult'ille, pro multum ille.

Tmesis est separatio dictionis compositæ: vt Hac celebrata tenus, pro Hactenus: Septem subiecta trioni, pro Septentrioni: Celtis commissum nomen Ibéris, pro Celtiberis.

ADMONITIO.

Patronymica nobiliores Grammatici omiserunt; credo quia in deriuatis nominibus numeranda sunt, eaque satis est inclinare per suos casus. ad rationem verò Syntaxeos non plus attinent Priamides *& Anchisiades, quam* Priamus, *& Anchises. Adde quod fere tantum a Græcis vocibus & Græcorum more formantur. Latinorum regulæ minus firmæ minus verè; Poetarum obseruatio certa, & expedita. Nos tamen quia versibus faciundis vtilia sunt, Prosodiæ adiunximus. Ceterum de varia nominum, aliarumque partium constructione, nihil hoc loco præcipiendum putauimus; quod sæpe facto periculo intelleximus præstare, ea pueros ex optimis latinitatis Auctoribus, quam ex Grammaticis præceptionibus comparare. & hæc tamen cum ijs, quorum in prima editione meminimus, De comparanda latini sermonis elegantia & copia, fuse tractauimus in proprio libello, quem propediem, Deo adiuuante, vulgabimus. Quæ post-sequuntur decem capita, velut Appendices Regularum; opportune post Syntaxim, semel aut iterum excursam, a Doctoribus exponentur.*

De vsu, & interpretatione Subiunctiui. Caput Primum.

Subiunctiuo conuenit alia quædam interpretatio in vulgari lingua per vocem Gerundij, aut Participij hoc modo; Cum amem, aut Cum amarem, *Amando io*, *ouero Per amar io*; ames aut amares, *amando tu*; amet aut amaret, *amãdo quello* &c. Sed quando aut Præsenti, aut Præterito imperfecto vtendum

dum fit in Gerundio exponendo; cognoscetur ex verbo, quod Gerundio erit adiunctum. Nam si verbum illud erit temporis præsentis, aut futuri, aut imperfecti Subiunctiui; expositio Gerundij fiet per vocem præsentis hoc pacto; *Leggẽdo io, tu scriui, o scriuerai, o scriuerešti*; Cum ego legam, tu scribis, aut scribes, aut scriberes. Quod si idem verbum erit temporis imperfecti, aut perfecti, aut plusquam perfecti; expositio Gerundij fiet per vocem imperfecti hoc pacto; *Leggendo io, tu scriueui, o scriueresti, o haueui scritto, o haueresti scritto*; Cum ego legerem, tu scribebas, aut scripsisti, aut scripseras, aut scripsisses. Sed præteritum perfectum duplex est, Propinquum scilicet, & Remotum: hoc nostrate lingua exprimitur per vnam vocem, *Venni, Vidi, Vinsi*: illud per duas, *Son venuto, hò veduto, hò vinto*. Ergo cum præterito valde remoto, Participium semper exponitur per vocem imperfecti, cum propinquo autem, sæpius per vocem præsentis; vt *Studiando io giorno e notte, mi amalai*; Cum diu noctuque studerem, incidi in morbum; *Leggendo spesso Cicerone, hò imparato la lingua latina*; Cum sæpe legam Ciceronem, didici linguam Latinam; *Strapazzando tu gli studi, hò pensato di mandarti a qualche Arte mecanica*; Cum studia negligenter tractes, putaui, te ad sedentarias artes transmittendum esse. Cum amauerim, & cum amauissem, *Hauendo io amato, o vero per hauer' io amato*; Amaueris, aut amauisses, *Hauẽdo tu amato, ouero Per hauer tu amato &c.* Atq; hic quoq; quando aut perfecto, aut plusquam perfecto vtendum sit in exponendo Participio, facile est intelligere ex ijs, quæ supra scripsimus; vt *Hauendo io letto vn pezzo, volentier mi riposo, o mi riposerò, o mi riposerei*; Cum diu legerim, libenter quiesco, aut quiescam, aut quiescerem. Item *Hauendo io letto vn pezzo, volentier mi riposaua, o mi riposai, o mi sarei riposato*; Cum diu legissem, libenter quiescebam, aut quieui, aut quieuissem. Passiua quoq; aliam interpretationem admittunt, cuius vsus & discrimen eadem ratione dignoscitur. itaque nuda subijcere exempla satis est: Cum amer, aut cum amarer; *Essendo io amato, ouero Per essere io amato*; ameris, aut amareris; *Essendo tu amato &c.* Cum amatus sim vel fuerim,

rim, aut Cum amatus essem vel fuissem; *Essendo io stato amato, ouero Per esser'io stato amato*, sis vel fueris, aut esses vel fuisses; *Essendo tu stato amato, ouero Per esser tu stato amato &c. Essendo honorati gli huomini dotti, ouero Per esser honorati gli huomini dotti, volentieri attendo, attenderò, attenderei, & ho atteso quest'anno alle lettere*; Cum honorentur viri docti, libenter colo, colam, colerem, & colui hoc anno litteras. *Essendo honorati gli huomini dotti, io volentieri attendeua, & attesi in mia giouentù alle lettere*; Cum honorarentur viri docti, libenter colebam, & colui litteras adolescens. *Essendo stati honorati gli huomini dotti, io volentieri attendo, attenderò, attenderei, & ho atteso questo inuerno alle lettere*; Cum honorati sint viri docti; libenter colo, colam, colerem, & hac hieme colui litteras. *Essendo stati vituperati sempre gli ignoranti, ouero Per esser in ogni tempo stati vituperati gli ignoranti, io cercaua, & cercai molti anni sono la Sapienza*; Cum improbati essent omni tempore homines imperiti, quærebam, & ante multos annos quæsiui Sapientiam. Atque hoc discrimen in reliquis Coniugationibus eadem ratione obseruare facile est.

Amauerimus amaueritis, penultima correpta tam in Præterito quam in futuro vsitatius, & commodius pronunciantur.

De Reciproco Sui, & Suus.
Cap. secundum.

Reciproco Sui Sibi Se vtimur, cum tertia persona transit in se ipsam, hoc est Cum actus personæ tertiæ reflectitur eo, vnde processit. Hoc tribus modis potest contingere, Primum in vna persona & vno verbo; vt Cæsar meminit sui, Indulget sibi, Amat se, Loquitur secum; Secundo in duabus personis & vno verbo, vt Cæsar Gallos habuit studiosos sui, Amicos sibi, Coniunctos secum; Tertio in duabus personis & totidem verbis, vt Cæsar a Consulibus petebat, ne obliuiscerentur sui, Ne sibi iniuriam facerent, Ne secum armis decertarent, in primo genere semper Reciproco vtimur. Cic. de Fin.

Fin. V. Eorum est hæc querela, qui sibi cari sunt, seseque diligunt. In secundo & tertio cum duæ personæ interueniant; videre oportet, ad vtram earum fiat Reciprocatio, ad eam ne quæ agit, an ad eam quæ patitur. Nam si ad agentem fit, tam Reciproco quam Pronomine demonstratiuo vti licet; si ad Patientem, tantum Reciproco. exempla primi generis, Cæsar me habuit amantem sui aut ipsius; quia reciprocatio Cæsarem Agentem respicit, non me Patientem. item Cæsar me rogauit, vt secum irem aut cum eo. Cic. Att. Qui etiam a me petierit, vt secum & apud se essem quotidie, pro Secum & Apud se potuit etiam dicere, Cum eo & Apud eum. Idem Att. lib. 2. Camillus mihi scripsit te cum eo locutum. pro cum eo potuit & Secum dicere; quia reciprocatio Camillum, personam scribentem atque Agentem respicit, non me Patientem, cui videlicet scribitur. Tamen in hoc genere Reciprocum est vsitatius. Alterum est genus, cum Reciprocatio ad Patientem refertur, in quo semper Reciproco vtimur; vt Vidi Pompeium diffidentem sibi, non ipsi; & Hominem rogaui, ne desereret se non ipsum. At cum duæ interueniunt personæ tertiæ, quia Reciprocatio indifferenter solet fieri ad vtramque; fit interdum ambigua oratio, si neque ex verbis antecedentibus, neque ex consequentibus pateat sententia; vt Cæsar nouerat Antonium studentem sibi. Rogo Cui sibi? Cæsari ne an Antonio? Potest sane intelligi de vtroque; sed plerumque Reciprocum ad Agentem refertur, & quamquam huiusmodi ambiguitas in Veterum scriptis raro aut nunquam occurrat; nos tamen in vtendo, hunc scopulum ita vitabimus; vt cum de Agente accipi volumus, nudo Reciproco vtamur; cum de Patiente, adiungamus ei Demonstratiuum fere ad hunc modum; Cæsar nouerat Antonium studentem sibi, hoc est Cæsari, studentem ipsum sibi, hoc est Antonio. Cic. Dionysius instituit, vt filiæ barbam sibi & capillum adurerent; sibi videlicet Dionysio; nec enim de filiabus accipi potest non barbatis. Liu. Pater filium complexus orabat, ne se ipse in tantum discrimen immitteret, se videlicet filium. Cassius rogat Brutum ne sibi desit, id est Cassio; ne ipse sibi desit, id est Bruto.

Reci-

Reciproco Suus sua suum vtimur pariter in tertijs personis, quoties fit transitus a possessore ad rem possessam, vel è contrario a re possessa in possessorem: vt Cæsar ciuibus suis superbe imperabat; Cæsarem sui ciues interfecerunt. Atque hoc quoque potest contingere tribus modis. primum in vna persona & vno verbo: vt Antonius oblitus est Octauiæ vxoris suæ, Indulsit libertis suis, Euertit Patriam suam, Proditus est ab amicis suis. secundo in duabus personis & vno verbo: vt Percussi Antonium suo gladio, in suis ædibus, in suo cubiculo. tertio in duabus personis & totidem verbis; vt Cato dolet quod non eo domum suam, Quod non lego libros suos, Quod non faueo amicis suis. In primo genere semper Reciproco vtimur. Cic. Feræ partus suos diligunt, non ipsarum partus. In secundo cum duæ occurrant personæ præter eam, quæ cum Reciproco copulatur; vsus est planè contrarius secundo superiori. nam si possessio ad Agentem pertinet, Reciproco vtimur, non Demonstratiuo; sin ad Patientem, vtroque: vt Cato mecum locutus est ante domum suam, non ipsius; Ego in Catonem incidi prope Villam suam aut ipsius; Cepi Columbam cum pullis suis aut ipsius, In nido suo aut eius, ante vel circa nidum suum, aut illius. Accedente autem copula diuisaque sententia, non est locus Reciproco; vt Cepimus Vulpem & catulos eius, non suos; Odi Cæsarem actaque illius, non sua. Quod si duæ occurrant personæ tertiæ, Reciprocum fere ad Agentem refertur, Demonstratiuum ad Patientem hoc pacto: Brutus fuit cum Cicerone in suo Tusculano, idest Bruti; in ipsius Tusculano, idest Ciceronis: Deus tuetur homines propter clementiã suam, idest Dei, & Torquet illos propter scelera eorum, idest hominum. Denique tertium genus est simile tertio superiori, & contrarium proximo. nam si possessio ad Agentem refertur, vel ad personam primo loco positam; dico ad illud quod Grammatici Suppositum appellant; licet vti & non vti Reciproco: vt Cæsar mihi irascitur, quod non probo consilium suum aut ipsius: Cato dolebat, quod Romani non imitarentur mores suos aut eius. At si possessio ad Patientem siue ad Appositum refertur, Reciproco vtimur necessario: vt Ego Cæsari succenseo;

quod

quod subiugauit Patriam suam, non illius: Laudo Syllam, quod regnare in sua Patria non sustinuit, non autem in ipsius Patria. Si duæ tertiæ turbant quandoque orationem, aut veremur ne ambigua fiat sententia; presto erit idem remedium, de quo supra memorauimus: vt Cicero petit a Crasso, ne ad bellum ducat filium suum, idest Ciceronis, Ne ad bellum ducat suum ipse filium, idest Crassi filium. Postremo cum sit transitus a re Possessa ad Possessorem, tam Reciproco quam Demonstratiuo vtimur, sed illo melius: vt Cæsarem sui Ciues interfecerunt, aut ipsius Ciues; Vlciscentur illum mores sui aut eius. Induisit illi Pater suus semper, aut ipsius Pater.

ADMONITIO.

Quisque & vnusquisque Reciprocis adiunguntur: vt Trahit sua quemque voluptas, non ipsius; Vnumquemque pœnitet fortunæ suæ, non eius. Iam quia secundi Reciproci vsus est paulo difficilior; hæc quoque insuper a tironibus adnotentur. Vbicunque vox ista, il proprio, *quadrat in vulgari lingua; ibi latine Suus recte ponitur, vbi illa non satis quadrat, non recte: vt* O Antonio rendi a Cesare i suoi denari, cioè i proprij denari; *Antoni redde Cæsari suam pecuniam aut ipsius: hic enim fit transitus a re possessa ad possessorem.* Gran Soldato fù Achille, e gran Poeta fù Homero, che cantò le sue lodi, cioè non le proprie lodi, che questo non d'Achille s'intenderebbe, ma del Poeta. diraſſi dunque. *Magnus Bellator Achilles, Magnus Poeta Homerus, qui laudes illius cecinit, non laudes suas.*

Calendæ, Nonæ, Idus.
Cap. tertium.

Primum quemque diem Mensis dixere Calendas.
Quinctus dat Nonas, decimus dat tertius Idus.
Octobris vero Maij, Mauortis, Iuli.
Septima lux Nonas, Idus quindena reportat.

Dies

Dies Mensium singulorum.

Iunius, Aprilis, Septemque Nouemque tricenos:
Vno plus reliqui, viginti Februus octo.
At si Bissextus fuerit; superadditur vnus:
Et tunc bis sexto Marti conscribe Calendas.

NOTAE.

Annus Menses habet duodecim, Hebdomadas duas et quinquaginta cum die vno; dies vero trecentos sexaginta quinque & sex fere horas, quæ sex horæ cum quarto quoque anno vnum diem constituant; hinc fit annus intercalaris, qui Bissextus seu Bisextilis nominatur, vno die longior quam ceteri. Sed ad rationem dierum veterum intelligendam, & ad nostram consuetudinem nullo fere negotio accommodandam; ante scire necesse est. quæ supra scriptis versibus continentur. ea vero sic habent. In singulis mensibus tres tantum dies habent propriam appellationem, idest primus, quinctus, decimus tertius. primus enim Calendis dicitur, quinctus Nonis, decimus tertius Idibus. in illis vero quattuor Martio, Maio, *Iulio, Octobri Nonæ sunt die septimo, Idus autem decimo quincto. Dies vero interiecti non habent proprium vocabulum, quo appellari possint; sed videndum est, sint ne ante Nonas, an ante Idus, an denique ante Calendas mensis sequentis; & a quo horum trium propius aberunt, inde nomen sument, notato iuxta veterum consuetudinem numero dierum interiectorum. sit hoc exemplum. Volo per hanc rationem enunciare vigesimum diem Aprilis, dico primum opus esse animaduertere, sit ne hic dies ante Nonas, an ante Idus eiusdem mensis, an verò ante Calendas* Maij; *dico esse numerandos dies, qui intersunt a vigesimo die Aprilis ad ipsum diem primum* Maij, *sed numerandos ea ratione, qua veteres numerabant, idest adiecto tam eo die a quo incipis, quam illo alterò in quo desinis, quo modo dies erunt duodecim. Dices igitur vicesimum diem Aprilis, more veterum latinorum, ita efferri, Ante diem duodecimum* Calendas Maij,

vel

vel duodecimo Calendas Maias. Quæ loquendi formæ intercisæ, ita explentur & explicantur, die duodecimo ante Calendas &c. dies verò qui proximus est ante Nonas, Idus, Calendas, non dicitur Secundo, sed Pridie; vt Pridie Nonas &c. Anno autem Bissextili, vigesimus quartus & vigesimus quintus dies Februarij habent commune nomen, & efferuntur eodem modo. vterque enim dicitur Sexto Calendas Martij. ex quo Sexto bis vsurpato Bissextus ille annus est appellatus.

Orthographia Vocum controuersarum, aut verior, aut vsitatior. Cap. quartum.

A Pro ab, E pro ex sine accentu.

Ae, Oe, vel æ, œ, tam disiunctis, quam coniunctis vocalibus licet scribere; sed illud in Maiusculis necessarium est hoc in minusculis vsitatius atque commodius, ę pro æ, compendij causa, ferri potest, nunquam tamen pro œ. Ae in fine pro e, scribes ad omnes casus primæ declinationis: vt Poëtæ, Musę, Aduenæ. Excipe græcos nominatiuos, vocatiuos, & ablatiuos singulares, vt Hæc Rhetorice, o Penelope, ab hoc Anchise.

Aë, & oë, duobus in apice punctis notari doctis placet, cum ambæ vocales vim suam obtinent, neque coëunt in diphthongum; vt Laërtes, Phaëton, Pasifaën, Poësis.

Adijcio sic abijcio, deijcio, eijcio, obijcio, proijcio, & cetera id genus, per duo ij.

Adscisco potius Quam Ascisco, Ascendo, & Adscendo, Aspicio & Adspicio, sic Adscensus, & Ascensus; Adspectus, & Aspectus.

Auctor & Auctoritas, non Autor, neque Author.

Bellua duplici ll. Bracchia vel Brachia. Buccina vel Bucina.

Cælo pro scalpo cum æ potius, quam cum œ: sic Cælum, Cælebs. Contra Celo pro occulto cum e tantum. Camena, licet a cantus amœnitate dicatur, a doctis tamen scribitur per simplex e potius quam Per œ.

Carus

Carus & Caritas sine adspiratione, siue amorem, siue annonæ difficultatem significet. Charitas cum adspiratione, pro magno amore ferri potest, præsertim in carmine, vt deducatur a græco charis, & corripiat primam syllabam.

Causa potius quam Caussa. Cera non Cæra. Cena vel Cæna. Cetera Ceterum, non Cætera, neque Cœterum.

Cepi a Capio, sine diphthongo: Cœpi pro incipio cum œ, sic Cœptum. contra Incepi Occepi Inceptum sine diphthongo.

Circumeo, Circumuenio, Circumijcio, per m, non per n. Contra Circundo, Circunduco, Circunspicio, Circunsono, & reliqua omnia, composita a Circum, per n, melius scribuntur, quam per m.

Concio, non Contio. Condicio, non Conditio.

Consumo is consumpsi consumptum scribere malo, quam consumsi consumtum: sic Emptum Promptum &c. Consummo as pro Perficio, duplici mm.

Conuicium, non Conuitium.

Definitio, non Diffinitio. Deliciæ, non Delitiæ.

Deminuo vel Diminuo. Diœcesis, non Diocesis.

Ecloga, non Egloga. Etruscus sine h.

Exulto, Exulo, Exilium, Excindo, Excidium, Exudo, Extirpo, aliaque generis eiusdem, non admittunt s in medio, vt quidam nimis docte præcipiunt.

Fecundus, fenus, fetus, femina vnam habent originem, & a doctis tam per e, quam per œ scribi solent.

Fœdare pro inquinare, sic fœdus & fœdera cum œ.

Genitrix, non Genetrix. Glæba per e.

Hædus cum æ. Hadrianus, Hannibal Hariolus Haruspex, cum H.

Hæreo vel Hereo, sic Hæreditas & Hereditas. Hiems non Hyems.

Iam dudum, Iam diu, Iam pridem, Iam primum, & his similia disiunctis syllabis, non coniunctis: & sic Tam diu, quam diu; contra Interdiu, Perdiu, Aliquandiu coniuncte.

Iccirco

 55

Iccirco potius quam Idcirco. Inchoo, vel Incoho, Infitior & Inficior, illud rectius, hoc frequentius. In primis, non Imprimis. Iucundus, non Iocundus. Iupiter & Iuppiter.

Kalendæ & Calendæ.

Lacrima & Lacryma, non Lachrima. Lethum & Letum. Littera duplici tt. Litus & Littus.

Mistus & Mixtus. Montuosus & Montosus.

Monumentum & Monimentum. Multa & Mulcta. Museum & Musęum.

Nedum Necdum Nondum, coniuncte scribuntur, & proferuntur a doctioribus: in alijs distincte, Vix dum, Haud dum, Nihil dum, Neque dum, Ades dum.

Non nulli, Non nunquam, Nihilo minus, Paulo minus: item Ne quis, Si quis, Si cui, Si quibus &c. separatim, non coniuncte scribantur: sed aduerbia Nequo, Siquo, Necunde, aliaque Localia vsitatius coniunguntur.

Negotium, non Negocium. Nuncius & Nuncio, non Nuntius & Nuntio.

Octoginta, non Octuaginta. Oppidum & Opidum. Opperior & Opportunus duplici pp. Otium non Ocium.

Pæne pro fere, & sic Pænuria cum æ. Pœna per œ. Penes & Penitus per e tantum. Parricida duplici rr. Paulus potius quam Paullus. Precor, Premo, Pretium, Presbyter, Interpretor, Reprehendo cum deriuatis sine diphthongo. Pulcher non Pulcer.

Quamobrē, Quemadmodum, Quandoquidem Quamprimum, Quammaxime, Siquidē, & reliqua eiusmodi pro vnica dictione habēda sunt: Quodam modo, Quoquo modo, Mirum in modum, Maiorem in modum, & similia disiuncte melius, quam coniūcte scribūtur. Quomodo & Quodāmodo etiā coniuncte. Quatuor & Quattuor. Querela potius quā Querella. Quidquid, Quidquam, vel Quicquid, Quicquam, Quinctus, Quinctilis, Quinctius cū ct.

Quendam, quandam, eundem, eandem, eorundem, quenquam, & quanquam, aliaque consimilia indifferenter video scribi a doctis, per n, siue per m. Manutius amat m, Transalpini fere n.

Reli-

Religio, & Reliquiæ vnica l. Reperi vnica p. Seculum & Sæculum. Sextus, non Seſtus. Sidus, non Sydus, Siquidem coniunctè. Sollicito vel Solicito.

Tæter ſiue Teter, Tiro, non Tyro. Tuſcia, non Thuſcia. Tyrannus.

Væneo pro Vendor cum æ. Vindico potius quam Vendico. Virgilius malo quam Vergilius. Atque hæc Tironibus Pueris nunc quidem putaui ſatis. Reliqua ſiue ad rem grammaticam, ſiue ad puram incorruptamq; latinitatem ſpectantia, ſubtilius perſecuti ſumus in Latinis Quæſtionibus: quarum hoc anno partem damus inter Epiſtolas.

De Recta Syllabarum Diuisione. Cap. quinctum.

Dictionum aliæ ſimplices ſunt, aliæ compoſitæ. De ſimplicibus in ſuas ſyllabas diuidendis quatuor regulæ aſſignari poſſunt. Prima hæc eſt. Si conſonans aliqua geminetur, prior ad præcedentem vocalem pertinet, poſterior ad ſequentem: vt Paſ-ſus, Bel-lum, Mit-to, Ag-grego. Secunda regula. Conſonans media inter duas vocales adhæret ſequenti: vt Ma-ximus, He-ros, Ca-put. Tertia regula. Conſonantes, quæ in principio dictionis coniungi poſſunt, hæ in medio ſeiungendæ non ſunt, exempli cauſa; Quia bd, ct, mn, aliæque plures inueniuntur coniunctę in principio alicuius dictionis, vt in Bdellium. Cteſipho, Mneſtheus; iccirco etiam in media dictione ſunt coniungendæ: hoc pacto A-bdomen, Do-ctus, O-mnis, I-gnis, A-ptus, A-ſper, No-ſter &c. Quarta regula. Quædam conſonantes in medijs dictionibus connectuntur, a quibus nullum neque latinum, neque etruſcum verbum incipit: hæ ſunt, Bs, cm, ctr, dm, dn, gd, gm, ptr, ſtm. Scribes igitur A-bſynthium, Te-cmeſſa, Mul-ctra, Ca-dmus, Aria-dne, Ma-gdalene, A-gmen, Sce-ptrum, I-ſtmos. Atque hæc quidem in ſimplicibus verbis obſeruanda ſunt. Compoſitorum autem vna eſt regula, vt diuidantur in eas ſyllabas, ex quibus compoſita ſunt: vt Diſ-tribuo, non Di-ſtribuo, ſic Diſcrucio,

ſcrucio, Ab-do, Di-ſtringo, Di-ſcindo, Re-ſplendeo. Excipe in quibus pronunciatio inſigniter læditur: maior enim habenda eſt ratio pronunciationis, quam compoſitionis, vt dudum late oſtendimus in Epiſtolis. Dices ergo (mea quidem ſententia) Di-ſcedo, Di-ſcerno, Pe ribit, E xibit, E-tiam, Hunc-cine. Ha-ſce, Si-cut, aliaque generis eiuſdem: non vt quidam ſolent; Haſ-ce, Sic-ut, Hunc-ine, Et-iam, Per-eo, Diſcerno, Diſ-cedo, & alia conſimiliter.

ADMONITIO.

De ratione interpungendi, ſuper ea quæ Horatius Lombardellius, & Iacobus Victorius exquiſite præceperunt; vnum habeo ſuadere, vt conſulantur Codices a Manutio, Mureto, Lipſio interpuncti. hoc modo, Perlege primum regulas diligenter, quarum tibi compendium exhibemus: deinde tranſcribe aliquid ex M. Tullio, vt Epiſtolam ſiue fragmentum aliquod Orationis; & tranſcribe, alio prælegente, ſine vllis interpunctionibus. poſtremo interpunge ſcripturam tuo arbitratu, & aliquo poſt interuallo confer tuam cum Manutiana, cum Lipſiana, cum alijs a doctiſſimo aliquo caſtigatis, & interpunctis. Miraberis quam facile, quam breuiter, quam expedite hanc tibi comparaueris ſiue artem, ſiue prudentiam recte ſcribendi, recte pungendi.

De Ratione Interpungendi. Cap. ſextum.

Diſtinctiones ſeu Notæ periodicæ, quibus inter ſcribendum frequenter vtimur, ſunt præcipue octo. Harum hæc ſunt nomina & figuræ, auerſus Semicirculus (,) quem alij Semipunctum, alij Comma, plerique Virgulam appellant. Punctum cum Semiculo (;) Bipuncta, ſeu Punctum duplex (:) Punctum vnicum ſeu ſimplex (.) Apoſtrophus (') nota Interrogationis (?) nota Admirationis (!) Parentheſis ( ). Quibus vt recte vti queas, ante ſcien-

dum est, tria esse quæ omnem orationem distinguant, Comma, Colon, Periodum. Comma, quem latini Articulum aut Incisum nominant, est minima Periodi pars, quæ constat vel vnica dictione, vel pluribus, & sententiam tantummodo inchoat, non concludit neque determinat. ea notatur auerso Semicirculo; hoc pacto, *Propter tuam erga me beneuolentiam, & meam in te obseruantiam, & communia nostra studia, rogo te* &c. Item *Non destiti monere, hortari, suadere, obiurgare*. Item *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria inuidiam, inuidia æmulos comparauit*. Ex quibus exemplis intelligitur, tenuissimam distinctionem esse simplicem semicirculum, neque fere aliam vim habere, quam coniungendi & copulandi, quæ quoquo modo diuersa, siue disiuncta sunt, leuiter adumbrata sententia, non expressa neque conclusa. Cauendum tamen, ne huius distinctionis nimius vsus aliquam pariat obscuritatem: ideoque cum multæ Virgulæ simul coëunt, satius est vnam aut alteram omittere, quam orationem nimium onerare atq; confundere. In primis vero Et, Que, Atque, Neque, Vel, aliæque huiusmodi tam disiunctiuæ, quam coniunctiuæ particulæ aliquando exclusis virgulis, ipsæ sibi sufficiunt ad sustentandam orationem, neque opus habent alijs distinctionum notis: quod genus, *Illustris & clara virtus tua, Luci doctissime atque humanissime, ita me vel cepit vel incendit, vt neque amicum, neque cognatum pluris quam te faciam æstimemq;* &c. Sed hæc, vt pleraque alia, pendent maxime a iudicio atque solertia facientium. Colon seu Membrum est fere Periodi media pars, quæ concludit quidem sententiam; sed orationis quasi gyrum atque orbem non complet. ea duobus punctis notatur: sic *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus: mihi ipse* &c. Item *Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti: ego* &c. Item *Vt ijs, qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: ita* &c. En quo modo ex hoc constat, in puncto duplici orationem ita consistere, vt pateat quidem sententia, sed adhuc tamen suspensus lectorem teneat, plura requirentem. Inde igitur oratio quasi vno spatio confecto, & priore

parte

parte circuli absoluta, in oppositam partem flectitur, & regreditur ad explendum orbem, perficiendamque sententiam: hoc modo *Ita ijs qui necessario profuerunt, haberi gratiam non oportet.* Periodus est verborum ambitus, qui ex duobus aut pluribus membris conficitur, & sententiam absolutam atque perfectam continet. hæc vnico puncto clauditur. Sit hoc exemplum ex Musonio Gelliano, *Si quid turpe feceris cum voluptate, voluptas abit, turpitudo manet: si quid honeste feceris cum labore, labor abit, honestas manet.* Item hoc alterum ex M. Tullio, *Vt ignis in aquam coniectus continuo restinguitur, & refrigeratur: Sic falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur.* Quod si non vnum, sed plura membra constituant vnam partem Periodi, non singula membra duobus punctis notanda sunt, sed illud tantum, quod diuidit atque dimidiat ipsam Periodum: reliqua vsitatius & commodius distinguentur auerso semicirculo, & puncto super imposito: quæ nota medium locum obtinet inter virgulam, & punctum geminum; ideoque tum semper est adhibenda, cum sententia maiorem tarditatem requirit, quam sola virgula possit dare; minorem tamen, quam puncto duplici significatur. quale exemplum video mihi in tempore excidisse. Sed accedat alterum Ciceronis ad Fratrem, *Et si non dubitabam, quin hanc epistolam multi nuncij, fama denique esset ipsa sua celeritate superatura; tuque ante ab alijs auditurus esses, annum tertium accessisse desiderio nostro, & labori tuo: tamen existimaui, a me quoque tibi huius molestiæ nuncium perferri oportere.* Habet autem hæc nota præcipuam vim suspendendi lectoris animum. hinc puto quidam has quattuor distinctionum species non male appellarunt, primam Inchoatiuam siue Copulatiuam, alteram Suspensiuam, tertiam Conclusiuam, quartam denique Definitiuam seu Finalem. Periodos autem longiores a litteris maiusculis inchoari nobis placet: maxime si partem aliquam orationis concludant, vel sententiam contineant paullo diuersam à sermone superiore.

Apostrophus est nota reiectæ vocalis: vt *Men'rogas?* pro *Mene.* & *Ain'tu?* pro *Aisne.*

Nota Interrogationis est virgula obliqua puncto super imposita : vt *Cantando tu illum ?*

Nota Admirationis est recta virgula supra punctum ducta ad perpendiculum : vt *Me miserum !* & *O facinus non ferendum !*

Parenthesis est quæ duobus semicirculis includit aliquid, quod sine orationis detrimento abesse potest : vt *Ego (Superis bene iuuantibus) Romam cogito.* & , *Si eueniat (quod Dij prohibeant) discessio.* Verum , vt mihi quidem videtur, optima & certissima ratio huius facultatis perdiscendæ illa est, quam inclusi Nota proxima superiore.

De verbo Inquam. Cap. septimum.

IN verbo, Inquam, multis modis peccatur , dum eo in omni oratione perinde vtimur, ac Dico, Aio, Narro. cum quibus quamquam significatione conuenit, vsu certe non semper conuenit. Non enim recte dixerimus : Plato inquit , Virtutem esse summum bonum: vel Plato inquit, Virtus est summū bonum vtro enim modo dicas, verbo Inquam abuteris, eiusq; proprium ac germanum vsum non tenes. Ergo ad bene vtendum, hæc duo habes animaduertere , alterum vt directa oratio sit , non obliqua : alterum vt verbum hoc non ponatur in principio clausulæ, sed vel in medio , vel in extremo , vel certe post vnam vocem ipsius orationis directæ : hoc pacto, Virtus, inquit Plato, est summum bonum : & Virtus est summum bonum , inquit, Plato. Est autem obliqua oratio, qua dicimus aut narramus aliquid per verbum infinitum : hoc modo , Dicebat Euripides, Virum bonum esse semper bonum , nec propter calamitatem ingenium perdere , & Marcere sine aduersario virtutem , ait Seneca : & Negabat Demetrius , eum sibi felicem videri , cui nihil vmquam accidisset aduersi. Directa vero, seu simplex oratio est, in qua non ipsi per nos loquimur , sed quasi loquentem alium introducimus , & suis ipsum verbis vtentem : hoc pacto , *V*ir bonus est semper bonus , nec propter calamitatem ingenium perdit, inquit Euripides . Marcet

cet sine aduersario virtus, inquit Seneca: & Fœlix mihi non videtur, inquit Demetrius, cui nihil vnquam acciderit aduersi. Neque vero difficile est, orationis formam commutare, & ex directa obliquam, vel contra ex obliqua directam facere, in hunc modum: Hoc boni habere cæcitatem, scribit Quinctilianus, quod mala sua non videt: & B. Augustinus ait, Tenebras morum, non oculorum timendas esse. *Hæc* oblique, seu transuerse relata sunt. restitue vtrique scriptori suam sententiam, nec alijs quam ipsorum verbis enuncia: orationem ex obliqua directam feceris. ea sic habet: Hoc boni habet cæcitas, quod mala sua non videt: & Tenebræ morum, non oculorum timendæ sunt.

De verbo Vereor. Cap. octauum.

HAEC verba Vereor, Metuo, Paueo, aliaque huiusmodi, quæ timorem aut suspicionem significant, sex modis variantur, adiecta, vel detracta, vel duplicata negatione ad hunc modum, *V*ereor ne, Vereor vt, Vereor ne non: Item Non vereor ne, *N*on vereor vt, Non vereor ne non. Quæ tamen sex formæ rediguntur ad quattuor. quia Vereor vt & Vereor ne non, prorsus eamdem vim atque vsum obtinent: itemque aliæ duæ, Non vereor vt, Non vereor ne non.

Vereor vt & Vereor ne non, per quæ duo diximus, omnino idem significari, vsurpantur in ijs rebus, quas ipsi vellemus accidere; hoc modo, Vereor vt pluat, vel ne non pluat, idest Vellem ego quidem pluere, sed non pluet vt suspicor: Vereor vt Glycerium vxorem ducam, idest vt suspicio mea est, non ducam ego vxorem Glycerium, sed vellem ducere. Vereor vt tibi possim satisfacere, idest doleo quod fortasse non potero satisfacere: Vereor vt acceperis meas litteras, idest quantum suspicor, non accepisti, ac vellem vtique accepisses. Non pœnitet me multis, ijsdemque perspicuis exemplis rem illustrare, in qua viros etiam magni nominis labi video. Ad summam illud tenendum est, Vereor vt, & Vereor ne non, vim negandi, habere in ijs rebus, quæ accidunt contra voluntatem nostram,

quaſque ipſi vellemus aliter euenire: vt Vereor ne non ſuſtineam tantum onus, ideſt non ſuſtinebo vt opinor. & Vereor vt puer meus viuat, ideſt non puto eſſe victurum.

Contra Vereor ne, affirmat in iis rebus, quas nolumus: vt Vereor ne peccet filius, ideſt peccabit vt puto: quod ego accidere profecto nollem. & Vereor ne pater in morbum incidat, ne laboret, ne moriatur, ideſt vt me ſuſpicari amor cogit, in morbum incidet, laborabit, morietur: quæ ego certe nollem fieri. & Vereor ne pluat, ideſt fortaſſe pluet: ego autem, ſi res arbitrij mei ſit, nollem pluere. Hoc igitur, vt perſpicuum eſt, ſemper affirmat, adiuncta tamen aliqua ſuſpicione aut metu: vt illud alterum ſemper negat eodem modo.

His duabus loquendi formis, quas hactenus explicauimus, contrariæ ſunt aliæ duæ, quas ſubiungam. Non vereor vt, ſeu Non vereor ne non, quod idem valet, & eſt fortaſſe vſitatius, reſpondet priori, quia rem conſtanter affirmat, omni dubitatione ſublata: vt Non vereor ne non poſſim ſuſtinere, ideſt ſuſtinebo certe. Non metuo ne non me amet frater, ideſt compertum atque exploratum habeo, me amari a fratre. Non vereor ne non tu idem ſentias, ideſt pulchre intelligo, & certum ſcio, te quoque idem ſentire; neque eſt mihi dubium, quin ita ſentias.

Non vereor ne, reſpondet ſuperiori. quia præciſe negat: vt Non vereor ne me fallas, ideſt non falles: & Nunquam veritus ſum ne faceres, ideſt plane ſciebam te non eſſe facturum. Non vereor ne moriatur pater, ideſt non morietur, & nego eum moriturum. Huic ſimilia ſunt, Non eſt periculum ne ego cadam, ideſt non cadam certe. Non timeo ne perdas litem, ideſt non perdes ego ſcio.

De verbo Videor. Cap. nonum.

VSVM naturamque huius verbi habes ſupra in Notis ad paſſiua vocatiua. Nunc hoc amplius. Mihi viſus ſum ſcribere, & Mihi viſum eſt ſcribere, vtrumque recte, & latine dicitur, ſed diuerſa ſignificatione. Nam viſus ſum ſcribere, hoc

hoc nimirum significat, Existimo me scripsisse,& (nisi fallor) scripsi. at Visum est scribere, longe aliter accipio. Est enim quasi dixeris, Libitum est mihi scribere,& putaui scribendum esse. Porro videor (quod etiam nostrate lingua facile intelligitur) duo significat, Apparere & Decernere, siue Statuere: *Mi parue di dirtelo, cioè (se io non m'inganno) te'l dissi, & ho opinione d'hauertelo detto*, Mihi dicere visus sum. Contra *Mi parue di dirtelo, cioè te'l volsi dire, giudicai che così fosse bene, e te'l dissi, perche mi piacque*, Mihi dicere visum est.

De Ratione exponendi Infinita per Vt, per Quod. Caput.decimum.

ELEGANS & disertus Ludimagister ita præcipiebat de Infinitis exponendis, & ad suam regulam reuocandis,vt expositio ista semper fieret per Vt, numquam per Quod: hoc modo, Meum filium opto bene valere, idest Opto vt meus filius bene valeat: Nolui patrem tuum conflictari litibus, idest Nolui vt conflictaretur. Et in his alijsque similibus exemplis ea regula locum habet: non habet tamen in omnibus, qualia hæc sunt quæ subiungam: Audio te studere, Scio me non esse impetraturum. Quis enim hæc ita exponet? Audio vt tu studeas: & Scio vt ego impetrabo, vel impetrauero? Nihil a latino candore alienius, nihil ineptius. Res igitur sic habet.

Quædam sunt verba Infinita, quæ si velis exponere, necessario exponenda sunt per Quod, vt Scio meum Guarinum temere a vobis culpari,hoc est Scio quod temere culpatur. Quædam vero exponuntur per Vt: Cupio vos resipiscere, hoc est Cupio vt resipiscatis. Quod si quispiam ex me quæret, ecquæ sit ratio discernendi ea verba, quæ alterutram expositionem flagitant, & num quæ in his certa regula tradi possit: habeo, quod respondeam dupliciter. Primo licet illas particulas omittere. Terentius, Credo impetrabo, idest Credo quod impetrabo. Sic Cicero ad Atticum, Volo ames constantiam meam,idest Volo vt ames. Atque hoc quidem genus resolutionis vsitatissimum

eſt, ſed pueris initio minus aptum, cum hos oporteat, quam formulam de ſua lingua vertendam acceperunt, eam ipſam totidem plane verbis latinis reddere; nullum deeſſe, nullum redundare. *V*erum non ita multo poſt huic quoque rationi aſſueſcere poterunt, eaque ſæpius vti, quam hac altera, præſertim ſi expoſitio cadat in Quod.

Secunda exponendi ratio eſt per Quod, vel per Vt, notato verborum diſcrimine, quibus hanc vel illam particulam adiungi conuenit. Hoc vero diſcrimen noſſe facile eſt. Cum enim in illis formulis duo ſint verba, vnum infiniti modi, alterum finiti: conſideranda eſt actio vtriuſque verbi, videndumque vtra prior, vtra poſterior ſit. nam ſi actio verbi infiniti prior eſt, infiniti poſterior; ibi neceſſario requiritur expoſitio per Vt: ſit hoc exemplum, Cupio vos diſcere. In quo liquido conſtat, actionem verbi finiti præcedere, illam vero alteram infiniti poſt-venire. dicam planius: *M*eum cupere antecedit, veſtrum diſcere conſequitur. Ergo ſic exponemus, Cupio vt diſcatis. Contra cum actio verbi finiti poſterior eſt, infiniti autem prior; ibi ſit expoſitio per Quod: Sit hoc exemplum, Doleo vos mihi detrahere. In quo perſpicuum eſt, anteire veſtram detractionem, & ſubſequi dolorem meum, ideo ſic exponemus. Doleo quod mihi detrahitis. Denique vt vno verbo concludam, Quod quaſi cauſam, Vt quaſi effectum deſignat. Quia ſi dixerim, Aegre fero quod me inſectamini; quis non videat inſectationem veſtram eſſe cauſam ægritudinis meæ? Contra, Cupio vt ſileatis, hic quoque quis non intelligit, veſtrum ſilentium fore effectum, vel quaſi effectum cupiditatis meæ?

Itaq; cum ſæpe idem verbum duplicem habeat ſignificationem, harum ſi altera cauſam deſignat, altera effectum: idem verbum primo modo per Quod, ſecundo per Vt exponatur. tale eſt verbum Dico, quod cum ſignificat Narro, amat exponi per Quod: vt Communes amici dicunt quod mihi magnam iniuriã facitis. ſi vero vſurpatur pro Impero, per Vt reſoluitur: vt Pater dixit mihi vt iniurias æquo animo feram. Verborum autem, poſt quæ ſæpius Quod, aut ſæpius Vt veteres ponebant, claſſes diſtinctæ habentur ſupra in Notis ad Infinita.

AD-

ADMONITIONES ante Prosodiam.

PRincipio tradere oportet tironibus rudem quandam cognitionem Versuum metiendorum, non quidem omnium(quod postea commodius fiet) sed tantummodo Hexametri, & Pentametri, quorum rationem habes infra explicatam huius Metrologiæ Capite quarto.

Censeo autem pueros inter docẽdum regulas syllabarum, imo & ante docendum, per dies aliquot in metiendis, siue(vt vulgo aiunt) scandendis versibus esse exercendos. totas identidem paginas ex Ouidio, Tibullo, Martiale in illum modum recurrant, atque recantent.

Hoc igitur primum duco esse faciendum, quod comperi tam esse aptum discentibus, quam docentibus, expeditum. Et hæc vocalis quædam exercitatio est. sequitur altera, quæ ad meditandum atque ad scribendum magis pertinet: dico de versibus reconcinandis, atque in pristinam formam redigendis, quos Præceptor ante turbauerit, ac dictauerit confusos. ad quam pariter exercitationem consuefacere oportet adolescentes, vbi tantum metiri carmen didicerint, & primitias syllabarum degustauerint. neque ob hanc causam docere aliud necesse est, nisi vt in componendo aures consulant, & ad illarum voluptatem carmina rotundent. ego hanc do vnam & certam regulam, vt carmen facturi, aut refecturi, semper a fine incipiant, & in Hexametro dactylum illum atque spondæum prius expediant, qui vltimum in carmine locum occupare debent.

Primus ab oris.-Mittit Vlisses.-Ibis in Vrbem.

Et alia eodem modo. in Pentametro autem iubeo pariter inuestigare duos dactylos extremos cum cæsura in hunc modum--Attamen ipse veni--Non licet ire tuo--Tardat arenæ pedes. *& sic in omnibus. pedes enim anteriores, his dispositis, facillime adnectuntur & inseruntur.* Nil mihi rescribas.--Hei mihi quod domino--Alta puellares--

Ad

Ad recte autem metiendum, & componendum, Poeticas figuras, Synalephoen, Ecthlipsin, aliasque huc facientes, a regulis Grammaticis repeti oportet, atque in hunc locum transferri & redoceri. Potissimum *nosse pueros decet, in quibus dictionibus frequenter contractiones fieri contingat. Qualia sunt primum Nomina hæc, &* Pronomina, *Dij Dijs, ij ijdem ij ijsdem, Cui, Huic, Semihomo, Semianimis, Eodem. Ouidius.*

Dij Maris & Cœli (quid enim nisi vota supersunt?)
Non eodem cursu respondent vltima primis.

Item hæc verba Deerat, Deerit, Deerunt, Deesse, Anteit. quæ sæpius dysillaba occurrunt apud Poetas, *quam trisyllaba. sic Anteambulo quadrisyllabum, Graueolentia pentasyllabum, aliaque non pauca. Horatius.*

Difficiles aditus primos habet, haud mihi deero.

Item Aduerbia, Dein, Deinde, Deinceps, Dehinc, Antehac. Catullus.

Dein vsque altera mille, deinde centum.

Versus est Phaleucius Hendecasyllabus, in quo Dein monosyllabum est, Deinde disyllabum. V, post Q, & post G, sequente alia vocali, vim suam amittit, vt Quis, Quum, Quod, Reliquum, Lingua, Extinguo. Sic aliquando post S, vt Suetus, Suauis, Suadet, quæ apud Poetas sæpius sunt duarum, quam trium syllabarum.



PRO-

PROSODIA VERSIBVS COMPREHENSA

CVM BREVIBVS NOTIS.

DE PRIMIS SYLLABIS Caput primum.

Syllabarum duplex diuisio.

QVAE prima in verbo eſt, ea ſyllaba prima vocatur.
In medio reſidens, media eſt: vocem vltima claudens,
Vltima cenſetur, vel ſi non amplius vna eſt.
Syllaba præterea breuis eſt, vel longa, vel anceps.

EXPLICATIO.

QVod hoc loco ad rationem docendi pertinet, Primas ſyllabas appellamus, quæ primum in dictionibus locum obtinent; Medias, quæ unque in medio ſitæ ſunt; Vltimas, quæ dictionem terminant clauduntque. vt in Iuſtinianus, Iu Prima eſt, Nus vltima, Sti, ni, a mediæ omnes. monoſyllaba in vl-

timis

timis numerantur, *Dux, Est, Rex*.

Præterea omnis syllaba vel breuis est, vt Fames, Herus, Pater, vel lo ga, vt Fama, Heros, Mater, vel communis atque anceps, idest nunc breuis nunc longa, vt Patris, Duplex, Atlas.

Primæ syllabæ quantitas.

PRima modis octo noscetur syllaba quanta est,
Diphthongo, Positu, Vocali, Præpositura,
Compositu, Deriuatu, vel Lege, vel Vsu.

EXPLICATIO.

PRimæ syllabæ quantitas octo modis cognoscitur, Diphthongo, Positione, Vocali ante vocalem, Præpositione, Compositione, Deriuatione, Regula & Exemplo. Sed ex his quattuor ad medias etiam, atque vltimas syllabas extenduntur; ideoque generales modi appellantur, Diphthongus, Positio, Vocalis ante aliam, Exemplum.

De Diphthongo præceptum primum.

DIphthongus Græcis producitur atque Latinis.
At si vocalis lateri coniuncta sequatur,
Esse potest etiam breuis: vt Præire, Præustus.

EXPLICATIO.

OMnis Diphthongus tam in græcis, quam in latinis dictionibus producitur, vt Aeneas, Cælum, Paulus, Euripides. At sequente vocali, nos quidem commune habemus, & sine discrimine corripimus aut producimus, vt Græci faciunt in suis. alij voces latinas semper corripiunt, Et græcas semper producunt, his videlicet moti exemplis.

Virg. lib. VII. Aeneidos.

Stipitibus duris agitur, sudibusue præustis.

Idem libro sexto,

Responsis horrent diuûm & Mæotica tellus.

Sic

Sic etiam Lucanus libro tertio.

Quaque fretum terrens M rotidas egerat vndas.

Nos tamen (vt antea diximus) in re rationeque syllabaria sumus de--industria laxiores: & vnum aliquod non ignobilis poetæ testimonium satis putamus, ad regulam statuendam. Quia ergo Statius in Præire, *latina voce, producit primam, & Ouidius in* Mœotis, *græca voce, corripit eamdem: ego in latinis quidem omnibus, & in græcis non nullis idem nobis licere arbitror. Vide nos in Proapologia. Locus est apud Statium Thebaidos lib. VI.*

Tunc vero Oeclides, quamquam iam certa sequenti
Præmia, cum vacuus domino præiret Arion;
Ardet adhuc, cupiens vel inanem vincere currum.

Sic Ouidius Tristium libro tertio, eleg. XII.

Frigora iam Zephyri minuunt, annoque peracto,
Longior antiquis visa Mæotis hiems.

De Positione præceptum secundum.

CVM postponentur Vocali Consona bina,
Vel duplex; Positu dicetur syllaba longa.
Sed si post mutam liquida est in syllaba eadem,
Si qua breuis præeat Vocalis, redditur anceps:
Vt Patris & Patri, Recludo, Retracto, Refringo.

EXPLICATIO.

Vocalis ante duas consonantes, vel vnam duplicem eiusdem dictionis, longa est Positione; vt Marcus, Aio, Fraxinus, Mezentius, Amazon. At si ex duabus consonantibus prima erit muta & altera liquida; tunc vocalis natura breuis, fiet anceps; vt Patris, *duplex, quadrupes, tenebre, volucre. Ouidius.*

Et primo similis volucri, mox vera volucris. Item.
Nox tenebras profert, expellit Apollo tenebras.

At si præcedens vocalis natura fuerit longa, semper est longa: vt Matris, acris, theatrum, salubre, lauacrum.

Positio

Interea bijugis infert se Lucagus albis.
Centum quadrijugos agitabam ad flumina currus.

In verbis Obruo, Abluo, Oblino aliisque similibus prima syllaba, & si breuis natura est, tamen corripi non poteſt per mutam cum liquida ſequentem eo quod b r *&* b l *non in eadem syllaba numerantur, ſed in diuerſis: cum altera conſonans pertineat ad præpoſitionem Ab vel Ob, primam ſyllabam, altera vero ad ipſum verbum, ſyllabam ſecundam propter compoſitionem hoc modo: Ob--ruo, Ab--luo, Ob--lino, Ad--repo. Namque vt vocalis breuis anceps fiat per hanc debilem* Poſitionem, *neceſſe eſt ambas conſonantes pertinere ad vocalem ſequentem, & cum ea coniungi hoc pacto: Re--flecto,* Re--cludo, *Adria, Oeno--tria.*

ADMONITIO.

AD rationem pronunciandi hoc inſuper ſcire oportet, omnes dictiones ſiue græcas, ſiue latinas, quæ habent vocalem natura breuem ante mutam cum liquida, breuiter eſſe proferendas in ſoluta oratione: vt Funebre, lugubre, mediocre, affabre, integrum, palpebra, pharetra, Cleopatra, *Nicocles, Agatocles, Inſubres, Idolatra, & reliquas tales. Quę vero dictiones eamdem habent natura longam, ſicut in carmine, ita ſemper in proſa ſunt producendæ: vt* Salubre, *inuolucrum, lauacrum, ventilabrum, candelabrum, & alia generis eiuſdem.* Placet *tamen doctiſſimis viris, quod Muretus* Præceptor *meus laudabat, & in more habebat, vt in non nullis ratio aurium habeatur, vulgariſque conſuetudinis, maxime in propriis græcorum, vt* Pericles, Patroculus, *aliaque non pauca. Quæ licet breuem habeant penultimam, & ſit in carmine communis: tamen aures inſigniter offendi videntur, ſi breuiter pronuncies inter loquendum, inter differendum. Quamobrem ego in talibus diſcrimen non fecerim, curta ne an producta efferantur in proſis. propendeo etiam in hanc partem facilius, vt longa efferas, ſi Tuſcus ita effert quædam: vt* Chiragra, *Podagra, & pauca talia.*

De

De Vocali ante Vocalem præceptum tertium.

Vocalis breuis est, alia subeunte, Latinis.
Produces Fio, sed non Fierem Fierique.
Produc E clausum vocalibus, vt Speciei:
Corripe non clausum, Fideique, Speique, Reique.
Vnius est anceps, non Alterius, nec Alíus.
In Græcis varius plerarumque vsus habetur.

EXPLICATIO.

Vocalis ante vocalem in latinis dictionibus corripitur, vt Pius, Deus, Meus. *Tantum in Fio longa est, modo R non subsequatur, vt* Fierem. *Ouid.*

Omnia iam fient, fieri quæ posse negabam.

Græca vero ex Grecis petenda sunt, aut ex consuetudine veterum poetarum. Quæ per iota scribuntur, sæpe communia sunt. Virg.

Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianæ.

Idem. Exercet Diana choros---

EXCEPTIONES.

IN medijs syllabis tres occurrunt exceptiones. primum genitiui, & datiui quinctæ declinationis, E medium inter duas vocales producunt, vt Diei, Faciei, Speciei; non medium autem corripiunt, vt Fidei, Spei, Rei.

Secundo genitiui desinentes in ius, vt Vnius, illius, ipsius I longum habent in soluta oratione, sed in carmine communem. præter Alterius, qui semper corripitur, & Alius, qui semper producitur. Horatius, & Virgilius.

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Magnanimosque duces, totiusque ex ordine gentis.

Tertio priscus genitiuus in Ai penultimâ producit, vt Aurai, Terrai,

Terrai, Aquai, pro Auræ, terræ, aquæ. **Virg. lib. VI.**

Aetherium sensum, atque aurai simplicis ignem.

Nomina quoque in Eus trisyllabum producunt E ante I, ut Priameius, Cythereia, Elegeia. **Ouid. Meta. IV.**

Erigit indicij memorem Cythereia pœnam. Idem.

Flebilis indignos Elegeia solue capillos.

De Præpositione præceptum quartum.

EST Re breue, vt Redeo Refero. sed protrahe Refert

Vtile significans: vt Magni hæc regula Refert.

In græcis pro breue: vt Promachus, Procus, atque Prometheus.

In Latio longum est: Procumbo, Profero, Prodo.

Corripe compostum Fugio, & Profugus Pronepósque,

Atque Profana, Profunda, Professa, Profesta, Profari.

Quæ post-ponentur, communia crede: Propago,

Et Propino, Profundo, Procuro, Propello, Propulso.

EXPLICATIO.

PRæpositio quanta per se stat, tanta in compositione reperitur. vt Obitus primam corripit, quia Ob breuis est. contra Defero primam producit, quia De longa est. Quæ autem præpositiones sint per se breues, aut per se longæ, docetur infra in vltimis syllabis suo loco. Inde scilicet cognosces breuia esse, Ab, Ob, Sub, Ad, In, Per, Super, Subter: ideoque corripi debere In Abeo, Obeo, Subeo, Adigo, Inhabito, Pereo, Superaddo. contra esse longas, A, E, DE, EX, vt in compositis Amitto, Emitto, Demitto, Exhaurio.

Sed cum ex præpositionibus quædam non inueniantur separatæ, vt Re, Se, Di: quæ tantummodo in compositis cernuntur, vt in Recondo, Sepono, Diduco: hic saltem doceri pueros oportet, quod Re in compositis semper corripitur, præterquam in Refert pro Interest. Se producitur semper, vt Separo, Secerno. Di pariter producitur, vt Diuerbero, Dimitto, Dimoueo.

moueo. excipe tantum Dirimo & Disertus, quæ breuia sunt. Pro in græcis est breue, quia scribitur ab illis per Omicron: in latinis autem dictionibus est longum, vt Procumbo, Proturbo. excipe Profugio, profugus, profugium, Pronepos, proneptis. item Profanus, Profundus; Profiteor, professus, professio, profestus, Profaris, vel profare. sic Proficiscor & Profecto tam participium quam aduerbium.

Pro commune in his censetur: Propello, Propulso, Pro Propino, Profundo, & Propago tam verbo quam nomine, et progeniem, quam si vitem significet.

De Compositione præceptum quinctum.

COmponendo scies disyllaba dictio quanta est.
Indicat *Expono* primam producere *Pono*.
In *Fero* correptam tibi *Persero* dicit eandem.
Certius ista tamen per Vatum exempla docemur.

EXPLICATIO.

PER *Compositionem voces duarum syllabarum sæpe cognoscuntur quantæ sint, propter accentum, seu rectam pronunciationem: vt Pono Impono, Fero Persero, Potens Omnipotens, Prudens Imprudens, Sanus Insanus. Quoties tamen dubitare continget, quonam modo in dictionibus etiam compositis penultimam efferre debeamus; præsens certumque perfugium nobis datur ad testimonia Poetarum.*

De Deriuatione præceptum sextum.

DEriuata suæ vox seruat originis vsum.
Ergò Pater cogit secum breuiare Paternum:
Contra Maternum cogit producere Mater:
Profusum patitur fieri commune Profundo.
Non nulla excipies, quæ prosa vsusque docebunt.

EXPLICATIO.

D*Eriuata primitiuorum naturam seruant: vt Paternus a Pater primum corripit; Maternus a Mater primam producit*

ducit; Profusus a Profundo primam communem habet. Sic Orator, oratio, orans, oraturus primam producunt, vt verbum Oro: vnde Exoro. contra Amor, amicus, amabilis, amans, amaturus, amandus, amatus, amanter primam corripiunt, vt Amo: vnde Redamo.

EXCEPTIO.

Deriuatiua quædam breuia sunt a Primitiuis longis: vt Dicax & maledicus a dico, Dux ducis, Redux reducis, & Tradux traducis a duco: Fides a fido, Lucerna a luceo, Sagax a sago, vnde sagus, & saga, & Præsagus pariter longa. Sopor a sopio, Odium ab odi; Vadum & vades a vado, cum aliis nonnullis.

Deriuatiua quædam longa sunt a Primitiuis breuibus: vt Sedes a sedeo, Vires a vireo, Laterna a lateo, Tegula a tego, Rex regis, & Regula a rego, Lex legis a lego, Fomes & Fomentum a foueo: Vox vocis & Vociferor a voco, Iunior & Iunius a Iuuenis, Solemne a soleo. Sic Macero a macer, Nonus a nouem, Denus a decem, aliaque non nulla, in quibus tamen ratio Deriuationis obscurior videtur.

PRAECEPTVM SEPTIMVM.
De Preteritis atq; Supinis disyllabis.
Regula prima.

Produc Perfectum disyllabon atque Supinum,
Vt Moui, vt Motum. Perfecta sed excipe sena,
Quæ dant verba Fero, Scindo, Findo, Bibo, Dó, Sto:
Atque supina nouem; Datum, Itumque, Quitumque, Citumque.
Adde, Satumque, Situmque, Ratumque, Rutumque, Litumque.

EXPLICATIO.

Præterita disyllaba primam producunt, licet veniant a præsenti correpto: vt Veni, Vidi, Laui, Moui; & sic quæcumque ab his deriuantur: vt Veneram, Videram, venero, videro,

videro, venisse, vidisse, aliaque rationis eiusdem. item supina, ut Motum, Lotum, Visum, & hinc deriuata, ut Moturus, Loturus, Visurus, motio, lotio, visio, motus, lotus, visus, & si quæ alia hinc deducuntur per analogiam.

Exceptiones duæ.

SEX *Præterita disyllaba corripiunt primam, ut Tuli a fero, Scidi a scindo, Fidi a findo, Bibi a bibo, Dedi a do, Steti a sto. Sic composita ex istis corripiunt penultimam, ut Attuli, Discidi, Diffidi, Prabibi, Circundedi, Adstiti. Sed Abscidi nunc breue, nunc longum in carmine usurpatur, sed in prosa oratione melius corripies.*

Exceptio altera de Supinis.

N*ouem Supina disyllaba primam corripiunt: ut Datum a do, Itum ab eo, Quitum a queo, Citum a cieo, Satum a sero, Situm a sino, Ratum a reor, Rutum a ruo, Litum a lino. Sic composita ex istis corripiunt penultimam, ut Circundatus, Reditus, Initus, Transitus, Consitus, Desitus, Irritus, Obrutus, Dirutus, Oblitus, Interlitus. At Excitus & Concitus mediam in soluta oratione corripiunt, in Carmine communem habent. nempe tanquam a Cieo cies, aut a Cio cis quartę Coniugationis.*

De Præteritis geminatis. Regula secunda.

QVAE geminant, ea corripiunt perfecta priorem:
Sic Pupugi a Pungo dices, a Pendo Pependi.

EXPLICATIO.

P*ræterita principium geminantia semper corripiunt primã, & sæpius secundam, idest quoties Positio non obstat: ut Pepuli a pello, Tutudi a tundo, Didici a disco, Cecidi a cado. Excipe tantum duo, in quibus secunda producitur, etiam si abest Positio; Cecîdi a cædo, & Pepêdi a pædo.*

Ex-

EXCEPTIO

Cetera præsentis naturam verba sequuntur.
Hæc tria si tollas, Genui, Posui, Potuique.

EXPLICATIO.

Alia Præterita & Supina retinent quantitatem Præsentis Indicatiui: vt Clamo, clamaui, clamatum, primam producunt: Voco, vocaui, vocatum, primam corripiunt: Profundo, profudi, profusum, primam variant. Excipiuntur tria, quæ a Præsenti producto primam corripiunt: Posui, positum a pono; Genui, genitum a gigno; & Potui a possum.

De Exemplo præceptum octauum.

Denique præceptis antestant omnibus vna,
Quæ tibi præbuerint celebres exempla Poëtæ.
Vt si nosse velis primam in Didoque Manuque,
Pentameter poterit Nasonis dicere versus.
IPSA sua Dido concidit vsa manu.

EXPLICATIO.

Nulla est ratio certior cognoscendæ quantitatis omnium syllabarum, quam exemplum. Ideo ad poetandum nihil est expeditius atq; commodius, quam multos legere, explicare, ediscere celebres Poetas.

DE MEDIIS SYLLABIS. Caput Secundum.

Syllaba quæcumque in medio comprensa tenetur.
Quattuor hisce modis cognoscitur, ante relatis,
Diphthongo, Positu, Vocali, aut teste Poeta:
Illa sed Accentu proprie discernitur vno,
Verba recidendo, cum syllaba quarta moratur.
In *Fortunato* doceat Fortuna secundam

Produci accentu: pariterque in *Maximiano*
Maximus accentu doceat breuiare secundam.

EXPLICATIO.

Media syllaba quinque modis cognoscitur, Diphthongo, vt Comœdia, Tragœdia; Positione, vt Saturnus, Fonteius: Vocali ante vocalem, vt Delius, Flauius; Exemplo vt Matutinus. quod vocabulum duas medias producere intelligimus ex vulgato versu,

Et matutino rore madebat humus.

Denique accentu penultimæ cognoscuntur propter rectam germanamque pronunciationem hoc modo. Accentus si penultimam afficit, longam facit: vt Fortuna, Natura, Vrbanus: si non afficit, breuem facit: vt Fabula, Hercules, Rusticus. At si dictio erit quattuor aut plurium syllabarum, contrahere illam debemus, & ex eo, quod reliquum erit, elicere quantitatem hoc pacto: Amaueram, amauero, amauisse producunt secundam: quia syllabis detractis, ad principium redeundo intelligimus, ea quantitatem mutuari a Præterito perfecto Amaui. Sic Obtuleram, obtulerim, obtulissem, corripiunt secundam: quia eadem corripitur in Obtuli Perfecto Indicatiui, a quo illæ voces deriuantur. Sic Herculanus corripit secundam, & Albinouanus eandem producit. quia nomina decurtata vtriusque sunt Hercules & Albinus. In plerisque istorum tamen, & maxime in nominibus proprijs, Poetæ medias syllabas indifferenter vsurpant, nunc breues, nunc longas. Dux esto aspirantibus ad Musas iudicium aurium, & imitatio meliorum.

Appendix.

Nomina adiectiua in Inus desinentia, duum generum sunt, vel duplicem habent originem, & pro ea propriam sibi adsciscunt quantitatem in penultimis. Nam quæ a substantiuis rerum animatarum descendunt, producunt penultimam: vt a Mustela Mustelinus, a Mure Murinus, a Caballo Caballinus, ab Ansere Anserinus. huc pertinent Festinus, Clandestinus, Mediastinus. Quæ autem veniunt a substantiuis rerum non ani-

animatarum, eandem semper corripiunt: vt Cryſtallinus a Criſtallo, Adamantinus ab Adamante, Coccinus a Cocco, Ianthinus a genere coloris violacei, Faginus, a Fago, Cedrinus a Cedro, Cupreſſinus a Cupreſſu, Oleaginus ab Olea, Amygdalinus ab Amygdala, Biſsinus a Biſſo. Sic temporum nomina, vt Craſtinus a Cras, Serotinus a Sero, Perendinus a Perendie. hinc excipe tantum duo, in quibus penultima producitur, Matutinus, & Veſpertinus. Martial. lib. XIV.

Frangere dum metuis, frangis chryſtallina: peccant
Securæ nimium ſollicitæque manus.

Serenus.

Fertur amygdalinæ ſuccus nucis eſſe bibendus.

Virgilius.

Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis.

DE VLTIMIS SYLLABIS.
Caput Tertium.

VLtima Diphthongo, Poſitu, Exemploque docetur
Quanta ſit: vna omnes metitur Regula fines.
Extrema in cunctis cenſetur verſibus anceps.

EXPLICATIO.

VLtima ſyllaba quattuor modis cognoſcitur, Diphthongo, vt Muſæ, Poſitione, vt Mars Aiax, Exemplo vt Contra. quod ſiue aduerbium, ſiue præpoſitionem Manilius iterum atq; iterũ corripit: alij ſemper producunt. nobis eſto ad libitum. Deniq; Regula. quæ ſingillatim finalibus litteris admota, ſcrutatur vltimæ ſyllabæ quantitatem. dummodo hoc antea ſciatur, in omni Verſuum genere, vltimam ſyllabam haberi communem.

A, in fine.

A Produc: vt Ama. Breuies, Ita, Poſtea, & Eia,
Et Quia. ſic omnes caſus: vt Carmina. Sextum
Excipe: vt a Muſa. græcos adiunge vocandi.
Sed Contra & Fruſtra, & numeros in ginta licebit

Ad libitum varies, quamquam sunt longa Maroni.

EXPLICATIO.

QVAE *desinunt in A, producuntur: ut Antea, Interea, Praeterea, Ama, Canta. Corripiuntur Ita, Eia, Quia, Postea. item omnes casus in A: vt hic Poeta, O Poeta, haec Carmina. Sed ablatiui casus producuntur, vt A Musa & vocatiui a nominibus in as: vt O Aenea, O Andrea, O Thoma. Communia sunt Contra, Frustra, et Numeralia, in ginta, vt Triginta, Quadraginta. licet hae quidem apud veteres Poetas saepius producta inueniantur.*

E, in fine.

E breuia. Produc primum monosyllaba, sed non
Encliticas, vt-Tune faces haltamque, tubamue?
Sunt etiam Flexus aduerbia longa secundi,
Vt Pulchre, Docte. Sed non Male, nec Bene. Longa
Sunt etiam Cete, Tempe, Fermeque, Fereque,
Valdeque a valide. Sic omnia nomina quinctae
Ac primae: vt Laërtiade, Specieque, Dieque.
Adde Doce, Praebe Cense, similesque secundi
Ordinis actiui voces Communia sunto,
At non saepe, Vide atque Vale: Caue, saepius esto.

EXPLICATIO.

E *Corripitur, vt Mare, Mane, Mille. Excipe primum monosyllaba, vt Me, Te, Se praeter haec tria, Que pro Et, Ve pro Vel, Ne pro An. quibus adde totidem Adiectiones syllabicas, Pte, Ce, Te: vt Meopte, Tuopte, Hasce, Tute. Secundo aduerbia facta ex nominibus secundae declinationis, vt Pulchre, Docte, Pulcherrime, Doctissime: sic Valde, Ferme, Fere, Obe. sed Bene & Male corripiuntur; & sic aduerbia tertiae declinationis, vt Dulce, Triste, Facile. tertio omnes casus in E, primae & quinctae declinationis, vt Penelope, Anchise, Die, Re, cum compositis Quare, Hodie, Pridie, Quotidie, sic Cete, Tempe, Fame. Quarto vocem primam*

Imperatiui secundæ Coniugationis Actiuorum, vt Doce, Habe, Sustine. sed Caue Vide Vale communia sunt: primum sæpius corripitur, alia duo rarius.

I, in fine.

I Producatur. Casus dandi atque vocandi
Corripe Græcorum: vt Pari, Daphnidi, Tethy, Amarilli.
Est commune Mihique, Tibique, Sibique, Cuique,
Sic Ibi, sic Vbi, sic quæ componuntur ab illis.
Semper Vbique tamen dices, & semper Ibidem.

EXPLICATIO.

I producitur, vt Boni, Viri, Antoni, Patri, Si, Ni. Corripe græcos datiuos, & vocatiuos, vt Daphnidi, Thetidi, Alexi. datiui tamen etiam longi reperiuntur apud Catullum. *Nisi & Quasi sæpius breues sunt: Ibi, Vbi, cum compositis, & sic mihi Tibi Sibi ad libitum vsurpantur. Cui monosyllabum semper producitur, Disyllabum melius corripitur. Media tamen longa est in compositis duobus Ibidem, & Vbique.*

O, in fine.

O commune datur. monosyllaba protrahe tantum,
Vt Do, Sto: & casus Ablatiuum atque Datiuum;
Vt Magno, Domino. sic inde aduerbia nata,
Vt Merito, Multo. produc Ideoque, Adeoque,
Produc & græca, vt Sappho, Dido, atque Calipso.
Imo Cito, Ambo, Duo, Scio, Nescio, curta putantur,
Et Modo: sed variant. Ergo pro gratia longum est.

EXPLICATIO.

O finita communia sunt; vt Fando Amo Quando. producuntur primum monosyllaba, vt O, Do Sto Flo: deinde casus datiui & ablatiui cum aduerbijs inde ortis; vt Domino Multo Merito Tanto Quanto Falso, & alia generis eiusdem. his adiunge Adeo Ideo. Producuntur etiam græca, quę desinunt in Omega, vt Dido Clio Atheo Androgeo. tamen nomina

mina propria masculina etiam breuia sunt; vt Apollo Plato Plato Zeno. Communia sunt, licet sæpius correpta inueniantur, Ego Imo Illico Cito Duo Ambo Scio Nescio, & Modo cum compositis; vt Quomodo Tantummodo item Sero & Vero, cum est coniunctio: nam Vero aduerbium est semper longum. Ergo pro Causa producitur, alias ad libitum vsurpatur.

V B D T, in fine.

V Produc semper. B D atque T corripe semper:
Vt Cornu, Tonitru, Caput, Occiput, Illud & Ob, Sub.

EXPLICATIO.

V Finita producuntur, vt Tu Fructu Senatu: Finita in consonantes B D T corripiuntur, vt Ab Ad Caput. Hebræa & peregrina ferme communia putantur.

C L M, in fine.

L Breue, C longum. poteris M dicere neutrum:
Namque per Ecthlipsin moritur Mult' ille: Perempt' est.
Sin viuat, curtum est, vt Millia militum octo.
Longa fac in primo Nil Sol Sal: curta secundo
Nec Donec. Variant pronomen Hic, & Fac, & Lac.

EXPLICATIO.

L Corripitur, vt Pol Aedepol Mel Fel Annibal, Consul. Excipe Sol Sal & Nil, quod ex Nihil contractum est. Hebræa variant, vt Gabriel Michael Daniel. Docti quidam producere malunt, quia desinant per longam vocalem.

C longa est, vt Ac Huc Illuc Hoc Sic. excipe Nec Donec, quę semper breuia sunt. Hic pronomen, & Lac & Fac communia sunt. item peregrina, vt Lamech, Abimelech, Melchisedech, Sadoc quidam corripi negant, quia desinit per O magnum.

M prisco seculo breue fuit. Ennius.
Insignita fere tum millia militum octo.
Nunc vel Positione producitur, vel per Ecthlipsin cum vocali antecedente perimitur: vt Mult' ille pro Multum ille.

N, in

N, in fine.

N Breuia. produc monosyllaba, præter In atque An,
Græcaque: vt Aenean, Anchisen atque Agamemnon.

EXPLICATIO.

N *Corripitur, vt Nomen, Carmen, Daphnin, Erinnyn, Medean, Menelaon, & quæcumq; in græcis desinunt per On breue, vt Ilion, Scorpion, Tenedon. Nam quæ in N desinunt per vocalem longam Ita vel Omega producuntur; vt Anchisen Penelopen Agamemnon. sic quæ per A longum, vt Titan, Pæan Aenean In latinis autem monosyllaba longa sunt, vt Non Quin, Sin Vin'pro Visne. tantum excipe In & An, quæ semper breuiantur.*

R, in fine.

R Breuis est. longum facies quod nomen in Eris
Dat patrium casum: vt Crater, Ver atque Character.
Sic Aër, Aether, & Iber. his adijce Lar Nar,
Far Fur, Par, Cur. Cor melius breue: Celtiber anceps.

EXPLICATIO.

R *Corripitur vt Cæsar, Calcar, Puer, Pater, Vir, Semiuir, Legar, Ordiar &c. Producuntur nominatiui in ER, quorum genitiuus est in Eris productum: vt Ver veris, Crater craterìs, Caracter caracteris. Sic Aer & Aether, quamquam eris corripiunt. producuntur etiam sex Monosyllaba Lar, Nar, Far, Fur, Cur, Par cum compositis, vt Compar, Impar, Dispar. Cor & Celtiber communia sunt: licet rarius producta inueniantur.*

As, in fine.

A S longum, vt Fas atque Nefas. sed corripe græca,
Queis genitiuus Adis: ceu Pallas, Olympias, Hellas.
Adde accusandi casus, quos quincta Pelasgis,
Tertia dat nostris; vt Troadas, Astianactas.

EX-

EXPLICATIO.

AS producitur, vt Fas Nefas, Pietas, Ciuitas, Aeneas Pallas Pallantis, & alia innumera. Corripe greca, quorum genitiuus desinit in Adis: vt Pallas Palladis, Lampas Lampadis, Olympias Olympiadis *. item grecos accusatiuos nostre tertie declinationis; vt Heroas, Troas, Amazonas,* Cratéras *a nominatiuo* Crater *: nam Cratéras a nominatiuo Cratéra. prime declinationis, quamquam penitus idem significet, producitur tamen, vt Musas Aduenas.*

Es, in fine.

ES produc. Breuia, quorum penultima curta
Crescit in obliquis; vt Diues & Hospes. ab istis
Exime Pes, Paries, Abies, Ariesque, Cereſque.
Corripiatur item Penes; & plurale Pelaſgum,
Vt Phryges: & Subſtantiui persona secunda.

EXPLICATIO.

ES pariter longum est; vt Merces Facies, Anchises Toties Quoties, Leges. Corripe primum nomina tertie declinationis, que crescunt in obliquis penultima breui; vt Diues diuitis, Hospes hospitis, Preses præsidis, Comes comitis. Longa tamen sunt Ceres, Abies, Paries, & Pes cum compositis; vt Sonipes, Tripes, Alipes, Quadrupes. Secundo corripe grecos nominatiuos & vocatiuos plurales; vt Troës, Arcades, Cratéres, Lampades, Amazones. quos tamen potes etiam producere, tanquam finitos in Es per formam & declinationem latinam. Tertio Es a Sum cum compositis corripitur; vt Potes, Ades, Abes. Es vero Ab Edo, cum compositis producitur, vt Comes, Exes, Peres.

Is, & Ys, in fine.

IS breuia, vt Patris At plurales excipe casus,
Vt Magnis, Animis, Queis: personaſque secundas
In numero primo, quarum plurale per Imus,

Atque

Atque per Itis productum finitur; vt Audis,
Et Sis & Possis & Adis, Nolisque Velisque.
Sic Vis & Glis, & quorum penultima crescens
Tenditur, vt Samnis, Salamis, Simois Simoëntos.

EXPLICATIO.

IS, & Ys, breuia sunt; vt Quisquis, Lapis, Satis, Tethys, Erinnys. Excipe primum omnes casus plurales, vt Musis, Dominis, Nobis, Queis, pro quibus, Tris, pro tres, Omnis, pro omnes.

Produc item secundas personas singulares, quarum plurales desinunt in Itis penultima longa; vt Is, redis, Scis, nescis, Sis, possis, Velis, nolis. item Glis & Vis, tam nomen quam verbum. Produc denique nomina in Is, quę crescunt in obliquis penultima longa; vt Lis litis, Salamis salaminis, Samnis samnitis Simois simoentis.

Os, in fine.

OS vult produci. Sed corripe Compos & Impos:
Et quæcunque suum perscribit Græcus Omicron,
Vt Chaos, Argos, Epos. breuiatur Os ossis, & Exos.

EXPLICATIO.

OS producitur, vt Bos, Flos, Dominos, Nepos, Ros, Mos, & Os oris. Corripiuntur duo latina, Compos, & Impos: & greca omnia, quę ab illis per O paruum scribuntur; vt Tenedos, Argos, Pallados, Tethyos, Erinnyos. Quę autem in grecis habent O magnum, longa sunt etiam Latinis; vt Heros, Minos, Androgeos. Os oris producitur, Os ossis corripitur: & sic compositum Exos exossis. Vnde versiculus vulgatus.

Os oris loquitur: sed Os ossis roditur ore:

Vs, in fine.

VS breue ponatur. Monosyllaba producantur,
Vt Plus, vt Rus: & quorum penultima crescit
Longior inflexu, vt Virtus: & nomina Quartæ,

Vt.

Vt Sensus Aditus. ambos hic contrahe Rectos,
Hæc Manus, o Manus, in numero comprensa minore.
Græca etiam produc, vt Panthus atque Calipsus,
Postremo & Sanctum, & Venerandum nomen IESVS.

EXPLICATIO.

VS corripitur, vt Meus, Tuus, Dominus, Tempus, hic Fluctus, & O Fluctus in numero singulari. Produc primum monosyllaba, vt Mus, Sus, Thus. deinde nomina, quorum genitiuus crescit longa penultima, vt Virtus, Salus, Tellus, Incus incudis, Trapezus trapezuntis, Amathus amathuntis. tamen Palus ab Horatio corripitur. item Seruitus & Iuuentus a doctis nostratibus: quorum alterum metri necessitas excusat in altero impune peccatur. Longa sunt omnia in Vs quartæ declinationis præter nominatiuum & vocatiuum singularem, vt hic Sensus, o Sensus; & Bus plurale vt Sensibus. Postremo produc graecos genitiuos, vt Sapphus, Didus, Calipsus: item nominatiuos, quorum vocatiuus desinit in V, vt Panthus, Melampus, & sacrosanctum nomen IESVS.

APPENDIX.

NOmina propria & Cognomina, quorum præsertim apud veteres Poetas exempla non extant, fere ad libitum vsurpantur, perito tamen iudicio aurium moderante. Exempli causa: primam syllabam ego producerem aut corriperem sine discrimine in Gerardus, Vbaldus, Comitolus, Saregus, Columna, Peretus, Grattanus, aliisque talibus sexcentis: & secundam in Farnesius, Burghesius, Baronius, Honoratus: & sic medias propemodum omnes in Iustinianus, Pellicanus, Alciatus, Arrigonius, Floramontius, Saunarola, Panicarola, Beuilaqua & mille talibus. nec obstaret nobis quidem, Diphthongus in non nullis, quo minus eas ipsas corriperemus, vt primam in Quærengus, penultimam in Ansidæus Passionæus Borromæus. sed tunc scribere malumus per nudam vocalem sine diphthongo, Querengus Ansideus.

De

De Carminum Generibus. Cap. Quartum.

Carminum genera magis illustria, & magis vsitata, quæ nunc quidem tradenda pueris putamus; hæc ferè sunt. Hexametrum, Pentametrum, Iambicum, Coliambicum, Asclepiadeum, Phaleucium, Anapæsticum, Sapphicum, Adonium, Glyconicum, et Pherecratium. Quæ cum singula ex certis Pedum mensuris, certoque ordine componantur: præponenda est Pedum maxime illustrium, atque huc facientium tabella,

Pedes Disyllabi quattuor.

Spondæus constat ex duabus syllabis longis, vt
----Fortes, Pugnant.
Pyrrichius ex duabus breuibus, vt
----Deus, Amor.
Choreus, siue Trochæus ex longa, & breui, vt
----Cuncta, Implet.
Iambus ex breui & longa, vt
----Viros, Graues.

Pedes Trisyllabi octo.

Dactylus ex longa, & duabus breuibus, vt
----Carmina, Pangere.
Anapæstus ex duabus breuibus & longa, vt
----Pecudes, Reboant.
Tribrachus ex tribus breuibus, vt
----Colite, Nemora.
Molossus ex tribus longis, vt
----Romanos, Felices.
Creticus ex longa, breui, longa, vt
----Castitas, Sustinens.
Anphibracus ex breui, longa, breui, vt
----Amare, Timere.
Bacchius ex breui, & duabus longis, vt
----Superbos, Potentes.
Palimbacchius ex duabus longis, & breui, vt
----Contunde, Disperde.

De

De Carmine Hexametro, & Pentametro.

Carmen Hexametrum, seu Heroicum sex pedibus constat, quorum primi quattuor sine discrimine Dactyli aut Spondaei esse possunt pro arbitrio facientis: quinctus sit semper Dactylus, sextus semper Spondaeus: vt

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Olli sedato respondit corde Latinus.
Forte per angustam tenuis vulpecula rimam.

Pentametrum, quod Hexametro frequenter adiungitur, atque subijcitur, ex quinque pedibus constat, in hunc modum disponendis. primi duo Dactyli aut Spondaei sint indifferenter: sequatur Caesura, idest syllaba longa terminans dictionem: vltimi ponantur duo Dactyli cum alia Caesura, qui duo semipedes integrum efficiunt pedem Spondaeum: vt

Conueniunt rebus nomina saepe suis.

De Carmine Iambico.

Carmen Iambicum est duplex, Senarium, & Quaternarium. Graeci Trimetrum & Dimetrum appellant, binos pedes pro singulis metientes. Haec quoque frequenter simul incedunt, vt Hexametrum & Pentametrum: & illud quidem sex pedibus constat, hoc quattuor. Iambicum integrum atque perfectum censetur, quod ex solis Iambis compositum est. Catullus.

Phaselus ille, quem videtis hospites,
Ait fuisse nauium celerrimus.

Recipit tamen locis imparibus, idest primo, tertio, quincto etiam Spondaeum, vel Dactylum, vel Anapaestum: omnibus autem locis Tribracum admittit, praeterquam vltimo, quae perpetuá Iambi sedes est. Horatius.

Beatus ille, qui procul negotijs,
Vt prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Nec horret iratum mare. &c.
Pauidumque leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat praemia.

De

De Carmine Coliambico.

Armen Coliambicum non eſt aliud, quam Iambicum in fine claudicans. Græci Scazontem appellant. hoc pariter Senarium eſt, & quincto loco ſemper Iambum, ſexto Spondæum recipit. Catullus.

O quid ſolutis eſt beatius curis?
Fulſere quondam candidi mihi Soles.

Hoc vero adhuc iucundius incidere auribus videtur, ſi eſt Catalectum, hoc eſt vna ſyllaba in vltimo deficiens. Horatius.

Iunctæque Nymphis Gratiæ decentes.
Vulcanus ardens vrit officinas.

Etſi autem Horatius verſiculum huiuſmodi alternatim ſubiecit alteri longiori: vt Ode IV.

Soluitur acris hiems grata vice Veris & Fauoni,
Trahuntque ſiccas machinæ carinas:

Tamen & ex ſolis huiuſcemodi epigramma conficitur. quale illud veteris Poetæ.

De Tiberio Claudio Nerone.

TErnos vetuſti congios Falerni
Vno die, conuiuijs peractis,
Tubos per amplos viſcerum refundens,
Hauſit potentum Romuli nepotum
Frenator audax, arbiterque Regum,
Iouis tonantis armiger minando,
Bacchi pluentis cantharus madendo;
Late patentis imperator Orbis,
Late æſtuantis irrigator alui,
Exinde plebs Quiritium vocauit
Non Claudium Tiberium Neronem,
Sed Caldium Biberium MerONEM.

De Carmine Aſclepiadeo.

Sclepiadeum carmen primo loco recipit Spondæum, ſecundo Dactylum cum Cæſura, deinde geminos Dactylos,

in hunc modum. Horatius.

Mœcenas atauis edite Regibus,
O & præsidium, & dulce decus meum.

Si huius carminis fini adijcias syllabam, integrum fiet Pentametrum, hoc modo.

Doctos Pieridum disce lubens modos:
Doctos Pieridum disce lubens modulos.

De Carmine Phaleucio.

PHaleucium, *quod etiam Hendecasyllabum proprio nomine vocatur, quinque pedes recipit primo loco Spondæum, & aliquando Iambum, vel Trochæum apud Catullum; secundo Dactylum, tertio, quarto, & quinto Trochæum. Idem Catullus.*

Cui dono lepidum nouum libellum,
Arida modo pumice expolitum?
Corneli tibi namque tu solebas,
Meas esse aliquid putare nugas.

De Carmine Anapæstico.

A*Napæsticum constat ex quattuor pedibus, siue omnibus Anapæstis, aut Dactylis, aut Spondæis promiscue insertis pro arbitrio scribentium. vnum modo cauendum docti præcipiunt, vt locis paribus, secundo inquam, & quarto nunquam Dactylus ponatur. Optimum autem Anapæsticum censetur, quod nullas habet Cæsuras, & cuius singuli pedes, singulas continent dictiones. Boetius Metro secundo lib. 3.*

Quantas rerum flectat habenas
Natura potens, quibus immensum
Legibus orbem prouida seruat, &c.

De Carmine Sapphico, & Adonio.

C*Armen Sapphicum ex quinque pedibus componitur, Trochæo, Spondæo, Dactylo, duobus Trochæis. Horatius.*

Mouit Amphion lapides canendo.

Carmini Sapphico fere post tres versus inseritur vnus Adonius,

nius, recipiens priore loco Dactylum, & posteriore Spondæum . Horatius .

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus , & celsæ grauiore casu
Decidunt turres, feriuntque summos
Fulmina montes .

Extant etiam apud antiquos carmina , quæ solis versibus Adonijs constant,vt apud Boëtium lib. 1.

Nubibus atris
Condita nullum
Fundere possunt
Sidera lumen . &c.

De Carmine Glyconico, & Pherecratio .

Carmen Glyconicum tribus pedibus constat , Spondæo , & duobus Dactylis . Seneca Tragicus .

Illi mors grauis incubat ,
Qui notus nimis omnibus ,
Ignotus moritur sibi .

Pherecratium quoque tribus pedibus absoluitur , Spondæo Dactylo Spondæo,vel Choreo *Dactylo* Choreo *. Sic.*

Reges purpura vestit .
Somnus occupat artus .

Et hæc nos quidem ad puerilem institutionem satis superque futura existimauimus.tractationem harum rerum magis vberem & magis exquisitam si quis desiderat ; ad manum sunt præter antiquos, Terentianum , & Diomedem , peritissimi recentium Despauterius , Emmanuel , Verepæus , alij tales . Inde scilicet petantur, aut Magistrorum voce discantur licentiæ, vsus,atque abusus Poetarum *, in syllabis vtcunque distorquendis , & pedibus mutandis , & versibus variandis .*

De Patronymicis .

Patronymica nomina sunt a patrum maiorumque nominibus deriuata , quæ filium aut filiam,nepotem aut neptem , aut

ex posteris aliquem significant: vt Pelides idest Achilles Pelei filius; Aeacides idest Achilles Aeaci Nepos; Nerine idest Galatea Nerei filia; Dardanidæ idest Troiani a Rege Dardano oriundi; Cecropidæ idest Athenienses, apud quos olim Cecrops regnauit. Ea ferè a Græcis nominibus fiunt; aliqua etiam ex Hebraicis & Latinis; vt Adamides Abramides Isacides Italides Franciades & his similia; quæ ab auribus eruditis facile admittuntur; nec nisi a Poetis vsurpantur.

Masculina desinunt in Des, & latine formari possunt a nominibus primæ, secundæ & tertiæ declinationis, ad hunc modum. Nomina primæ formant a genitiuo mutata e in des, vt Aeneæ Aeneades, Hippotæ Hippotades, Anchises tamen & Laertes ante a ponunt i, vt Anchisiades Laertiades. Nomina secundę formant a genitiuo addita des; vt Priami Priamides, Tantali Tantalides; quod si Genitiuus habeat duo ij, alterum mutat in a; vt Menœtij Menœtiades, Antonij Antoniades; si vero desinat in ei, contrahit in i longum; vt Thesei Thesides, Atrei Atrides. Nomina tertiæ formant a Datiuo addita des, vt Simoni Simonides; Hectori Hectorides, Agenori Agenorides. Excipe nomina in as antis, quę interponunt a; vt Abas Abantis Abanti Abatiades, sic Atlas Athamas Pęas Dryas: item nomina in On, vt Thelamon monis moni moniades, sic Amphitrion Phaeton Laomedon & alia.

Feminina tres habent terminationes As Is Ne. As & Is formantur a Patronymicis masculinis remota de; vt Priamides Priamis, idest Filia vel Neptis Priami, sic Anchisiades, Anchisias, Taumantiades Taumantias, Theseides Theseis, Nereides Nereis. Hęc enim in femininis sunt sine contractione. Quędam duas habent terminationes, vt Atlantis vel Atlantias, a masculino Atlantides vel Atlantiades, idest Mercurius Atlantis Nepos. Ne finita fiunt a genitiuo addita Ne; vt Adrasti Adrastine, Nerei Nerine, Neptuni Neptunine. Des & Ne pertinent ad primam declinationem, As & Is ad tertiam. Exempla, Hic Priamides dæ dę den o de a de. Plur. Priamidę, darum vel dum, dis das o dę a dis. Hæc Nerine nes nę nen o ne a ne. Plur. Nerinæ, narum nis nas o nę a nis. Hęc Anchisias, adis

adis vel a dos, adi adem vel ada, as ade. *Plur.* Anchisiades, *adum adibus adas ades adibus.* *Hæc* Priamis *midis vel midos, &c.*

ADMONITIO.

C*Ertum, facilem, & expeditum Interpungendi vsum docuimus supra. Tamen hoc Lombardellij Compendium etrusce conscriptum, & præclaris refertum sententijs, multorum rogatu exhibemus. In quo vnum habeo admonere Lectorem, vt ex* Regulis *antea demonstratis moderetur ac tempret nimiam frequentiam Commatum seu Virgularum, quibus hic* Auctor *onerat & exagerat Orationem. Exempli causa in his formulis nullas interponam Virgulas.* Cesare leggendo passeggiaua. Mi marauiglio che tu mi riprenda. Commendo assai la liberalità, e fortezza di Pompeo. Mi piace di ragionare sedendo a tauola. Verrò dopò che hauerò cenato. *De quibus fortasse vberius atque subtilius in* Analectis.



Il Memoriale

DELL'ARTE DEL PVNTARE GLI SCRITTI.

Del Sig. Oratio Lombardelli.

SON tre anni, Cortesi Lettori, ch'io vi inuiai l'arte del puntare intera e piena. hora vi indrizzo della medesima vn riſtrettiſſimo compendio, che i capi più principali ve ne poſſa ridurre a memoria, e maſſimamente le Regole, oue consiſte il neruo di tutte le parti. Seruirà per tutti quelli, che dello ſcriuer correttamente si dilettano, e in ſpecie per quelli, che o di detta opera mia hanno alcuna pratica, ò per l'acutezza del loro ingegno, ſon'atti a conciper da queſti breui auuisi tutto quel che appartiene a si fatta impreſa.

In Siena, il dì 5. d'Ottobre. 1588.

Ciò

Ciò che sia punto.

IL punto è vn segno nella scrittura, per cui si distingue l'vna parte del parlare, dall altra, si da facultà di respirare à chi legge, e si da modo alla voce.

Quanti siano i punti.

I punti sono in tutto noue, cinque propriamente detti, *Sospensiuo*, Mezo punto, Punto doppio, Punto mobile, e Punto fermo; due manco propriamente, Interrogatiuo, e Patetico; due impropriamente, Parentesi, & Apostrofo.

Sospensiuo.

Il *Sospensiuo* è vna semplice virgola, che per certa quiete del parlare scritto, si suol variamente interpor nella clausola, cioè doue la voce pauserebbe, auanti che si possa trar senso alcuno d'esso parlare.

Regola 1.

Vsasi per tutto, doue l'ordin del parlamento si ritroua interrotto; come l'Inuidia beue, delle dieci volte noue, gran parte del suo veleno.

2 S'antepone a qual si voglia coniuntione, vsata semplicemente; come Tre sorti d'Ira vogliono i Filosofi esser nell'huomo, cioè acuta, ordinaria, ed occulta.

3 Trammettesi tra le coniuntioni sottintese; come Colui non deue affligersi, viuer mal contento, e disperarsi della pouertà, il quale può ripararsene con qualche honesto essercitio.

4 *Viene* a vopo nel parlar per infinito; come Infiniti hanno prouato, l'amico tardi acquistarsi, e tosto perdersi.

5 A' passi doue si citano gli Autori; come Ci insegna Dante, al sedicesimo capo dell'Inferno, a dir cose non pur vere, ma verisimili.

6 Tra' sostantiui sciolti; come Il mare, il fuoco, la Donna tre mali.

7 Tra gli aggettiui; come Lo ſpirito dell'Inuidioſo è vario, diſpettoſo, maligno, vituperabile.
8 Tra' due ſoſtantiui dell'appoſitione; come E' da fuggire l'otio, ſepultura de' viui.
9 Tra due ſoſtantiui, l'vn dichiaratiuo dell'altro; come Muro bianco, carta da matti.
10 S'antepone a' gerundi, a' participi, & a' lor equiualenti; come Ognun deue appreſtarſi, hauendo a far bene, perche il tempo, eſſendoſi perduto: non può racquiſtarſi, volando, come ſi vede.
11 Alle parti moſtranti tempo; come Gli huomini di poco giuditio, quando hanno alcun ben per le mani, non mai lo conoſcono, fin'a che lo perdono.
12 A gli auuerbi locali relatiui; come Doue l'huomo ſi porta bene, quiui è la patria ſua.
13 A' nomi relatiui; come Tante vſanze, quanti paeſi,
14 Auanti alle parti che rendon ragione, e cagione; come Chi pone ſtudio nelle coſe da ridere, per parer'arguto, molte volte eſſo ſteſſo diuien ridicolo per la vanità.
15 All'infinito, che dichiara qualche propoſito; come All'Oratore ſuol creſcer l'animo, il vederſi attorno gran numero d'aſcoltanti.
16 Vſaſi auanti, e doppo à vocatiui, non carichi d'epiteti; come Voi, ſete, Bembo, a que' bei ſtudi intento.

Mezo punto.

Il mezo punto è vn punto con virgola ſotto, che è di natura del ſoſpenſiuo in diuidere, e del punto doppio nella pronuntia, rauuiuando la voce, e ſuegliando l'intelletto, mena con iſpedito corſo alla poſa.

1 Il mezo punto ha la ſeggia, doue il parlar ſi riſente, e prende forza leuandoſi; come Se colui, che ama, è pouero; è appaſſionato da miſera calamità.
2 Entra nel mezzo delle ſimilitudini, ò parabole breui; come Si come s'empie il vaſo, che ſempre verſa, e nulla ritiene; coſi non piglia la ſapienza colui, che ſempre parla, e poco aſcolta.

3 Tra le differenze da vna a vn'altra cosa; come Il liberale dona con misura; il prodigo non ha modo, questi dona à chi prima gli vien innanzi; quegli aspetta di porgere a chi è meriteuole.

4 Nel fine della ripresa del color retorico Rompiproposito; come Non accade, che si vada vantando, perche hormai cominciano a essere palesi; basta.

5 Entra di mezzo alla clausola, che comincia da più ò meno, doue seguita il Che; come E viè più facile al pouero schiuare il disprezzo; che al ricco l'inuidia.

6 Si pone oue si risponda ad importante dimanda; come Domandato Socrate, che cosa fusse più mirabile in questa vita; rispose, il trouare vn'huomo modesto.

7 Tra due sostantiui, l'vn dichiaratiuo dell'altro, ò sostantiuo e parte di clausola; come Speranze in huomini, massimamente ingiusti; fumo perseguitato dal vento; Portaro l'acqua a due mantelli; peccatiglio de traditori.

8 Nella ripresa, ò riferimento d'auuertimento, ò consiglio; come Quando la Natura non ti ha inclinato a vn'arte, non ti mettere a farla.

9 In clausola breue, guidata dal Benche, e Nondimeno, & altri equiualenti; come Benche ne paia duro, e malageuole; tutta volta egli è meglio, per più ragioni, riceuere che fare ingiuria.

10 Tra le congiuntioni distributiue; come L'inuidia non vien solamente punita de' propri mali; ma etiandio de gli altrui.

11 Auanti alle congiuntioni diminutiue; come Quei che non possono imparare alle spese altrui; douerebbono almeno imparare alle loro.

12 Auanti alle continuatiue, e suoi equiualenti; come Niuno è posto in così felice stato, che non debbia pender da Dio; attesoche il mondo è vn monte di vanità, che si vien risoluendo in fumo.

13 S'antepone alle causali; come Non t'auuezzare a fidarti di tutte le belle parole; perche bene spesso il veleno è ricoperto

perto dal zucchero.

14 In parlar concitato, viene innanzi alle coniuntioni effettiue, ò inferitiue; come Poiche fu dal cattiuo essempio alla tua famiglia; però non ti dolere, che mal costumata sia.

Punto Doppio.

Il Punto doppio, che son due punti l'vn sopra l'altro, diuidendo le parti composte del parlare; lo rende presso, graue, risonante, ponderoso, e pieno: dispone la voce a corso tranquillo, e posato: volge l'intendimento a penetrar i sensi della scrittura; e pongli auanti distinti, e chiari.

1 Vsasi doue manca il vigore della clausola, e tanto i sensi, quanto le parole aspettano il suo pieno; come Gli amici debbono esser spesso aiutati, e solleuati con alcuna cortesia, diceua Cleobolo: accioche più si stabiliscono nell'amicitia.

2 Doue si risponda, ò faccia mention di risposta in racconto non troppo breue; come Filippo Re di Macedonia, hauendo sentito gran dolore, per la morte di Ipparco Negropontino; e dicendo vn certo, Non è stato fuor di tempo, perche egli era già vecchio: Rispose Filippo, A me duole, che non è stato à tempo à riceuer da me cortesia degna della nostra ammistà.

3 Distingue i membri de le diuisioni, che lentamente caminano; come A' di nostri, molti si vantan per dotti, i quali solo hanno l'ombra della Dottrina: certi si lodano per li costumi, che sono scostumatissimi: alcuni si vantano della nobiltà, i quali non sanno ciò che la sia, &c.

4 Ponsi nel mezzo d'ogni lunga comparatione, apunto alla congiuntione, che la lega; come Nella maniera che le medicine, a tempo date; e con misura, sogliono giouare, benche veleno siano; là doue altrimenti prese, nuocono, e spesse volte vccidono: così le riprensioni, se à luogo, e tempo si fanno, operano a merauiglia, benche sia

di

di loro natura il conturbar le menti, &c.

5 Entra di mezo al color di Retorica Parimembra; come Niente à colui gioua la chiarezza del sangue che si troua imbrattato da' vitij: niente nuoce la viltà del nascimento à chi è di nobili costumi guernito.

6 Viene auanti alle congiuntioni causali, quando la clausola corre con empito; come Molti spesse fiate si ritrouano ingannati da disegni loro: perche non bene da prima gli disegnarono.

7 Auanti alla coniuntione auuersatiua, che in clausola piena risponde alla prepositiua; come Se bene sconueneuolissimo vien tenuto da' buoni, il portar la bontà nelle labbra, e non nel petto: non per tanto resta la ciurma de' lusinghieri, e de gabba santi, di coprir le brutte sceleraggini con le belle parole.

Punto Mobile.

Il Mobile è vn picciol punto, che termina la clausola minore; da segno di riposo a chi legge, non gli alterando la voce. mostra che il senso è già pieno, e concede al lettore di poterfi fermar, se gli piace: come che il senso per anco penda.

1 Dee segnarsi, doue la clausola sia finita; e nondimeno riceue alcuna giunta; come Colui dee meritamente affaticarsi, che ha cominciato per le virtù a gloria, e da laude peruenire. che la pigritia nel principio suol partorire vn subito piacere, e dappoi malinconia, e dolore.

2 S'antepone alle particelle illatiue; come Non tutti quei, che ci parlano, sempre parlan secondo il cuore, ò perche temon d'offenderci; ò perche vogliono inuestigare i nostri pensieri; ò perche pensano, che sia così spediente per se, ò per altri: ma, in qual si voglia modo che ci sia la verità occulta, per noi si corre pericolo. è dunque ben fatto, che stiamo sopra di noi nel dar le risposte.

3 Precede alle congiuntioni causali; come Coloro che dicono, le

le fatiche degli ſtudi eſſer intolerabili, moſtrano di non vi eſſere altrimenti eſſercitati. percioche la continua fatica diuenta, per l'vſo, in guiſa leggiera, che non ſi ſente.

4 Poſponſi alle abbreuiature; come Illuſtriſs. Illuſtriſſimo, V. E. Voſtra Eccellenza, per S.S.A. per Sua Sereniſſima Altezza.

Punto fermo.

Il Periodo è vn ſegno finale d'ogni rauuolgimento del parlare ſcritto, che habbia preſo il ſuo termine.

Regola vna, e ſola.

Segnaſi, quando il parlare ha riceuuto diuerſi punti, ed è venuto a certa poſa; ſi che la clauſola è perfetta nella coſtrutione, e nel ſentimento: ma pur per lo ſentimento può riceuere altre clauſole, per inferir nuoue coſe; con l'auuertir, che la nuoua clauſola ſoprauuenente cominci da lettera maiuſcola. Per eſſempi ſeruiranno i due, che ſono in quelle poche parole, ch'io feci da capo a i Lettori, pari le ſtelluzze. Anco poſſono eſſer eſſempi tutti i punti, che diſtinguono l'vna regola dall'altra, ſe ne fai vn parlar teſſuto di tutte.

Interrogatiuo.

L'interrogatiuo, che e'l punto mobile con virgola torta ſopra, domandando, e mouendo gli affetti nell'animo de' Lettori, variamente determina quando la minor clauſola, e quando la maggiore.

1 Ponſi nel fine di qual ſi voglia domanda; come Quanti anni ti troui? Alma che fai? Che penſi? Haurem mai pace? Haurem mai tregua? od haurem guerra eterna?

Pate-

Patetico.

L'Affettuoso, che è vn punto mobile, con virgola diritta sopra, termina ora la maggior clausola, & ora la minore, con certa espression d'affetto scommosso, e marauiglia; come O sceleraggine, o peste, o rabbia! O quanto gran bene fà colui a la Republica, il quale ammaestra la giouentù!

Parentesi.

La Parentesi son due mezzi cerchi, l'vno incontro a l'altro riuolto, i quali racchiudono ogni parlare interposto, senza il quale potrebbe star da se la sentenza; come Ella guardando (che splendea la Luna) Se veder cosa fuor del lido puote. Il Leone, che tieni tra gl'animali non ragioneuoli il principato, non offende (secondo che afferma Isidoro) quei che sono infermi.

Apostrofo.

Il Riuolto è vna virgoletta ben rotta, che parte le vocali concorrenti, per fare il parlar vigoroso, fermo, spedito, e grato; come L'amor, l'ingegno, l'hauere, e simili. De i quali il trattar più squisitamente, appartiene a chi insegna le regole de la lingua.

IL FINE.

ELENCVS EORVM, QVAE CONTINENTVR IN DONATO.

EORVM, QVÆ IN GVARINO.

SVMMA PRIVILEGII.

SVMMVS Pontifex Paulus V. singulari Priuilegio sanxit, ne quis per vniuersos Ecclesiasticæ ac Pontificiæ ditionis fines M. Antonij Bonciarij libros quoscumque, a Censoribus legitimis approbatos, præter ipsius, heredumue eius volũtatem intra decem annos à prima singulorum librorum editione computandos imprimat, aut alibi terrarum impressos importet venalesque habeat. Qui secus faxit, præter librorum confiscationem, quingentorum aureorum illatione mulctabitur. Vti latius patet in litteris Romæ datis apud S. Marcũ sub annulo Piscatoris die XXVI. Augusti CIↃ.IↃC X. *Pontificatus eiusdem Anno sexto.*

Lectori.

QVÆ subscripsimus errata in quam paucissimis offendes exemplaribus, mature nobis correcta sub initium excudendi. pag. 37. lin. 3. crebero lege crebro. pag. 70. lin. 8. Reclumo lege Reclamo. pag. 76 lin. 5. Seneſtus lege Senectus. pag. 105. lin. 24. Rediprocum lege Reciprocum. pag. 116. lin. 17. abuterise, iusque lege abuteris, eiusque.

Registrum. ABCDEFGHIK.
Omnia sunt integra folia.

P E R V S I AE.

Ex Typographia Augusta, Apud Alexandrum Petruccium, & Marcum Naccarinum. M. DC XI.

Ad Principes Illustrissimos FVLVIVM ET FEDERICVM CORNEOS FRATRES.

Donatus loquitur.

EXtrusus Latio Doctorum fraude Magister,
Regnoque spoliatus meo;
Nudus, egens agro latui peregrinus Etrusco,
Dies trahens inglorios.
Pignora quin etiam gremio subtracta Parêtis
Hostilis inuasit furor:
Ac tu nulla meum loqueretur pagina nomen;
Inuenta tradebant mea.
Exortus longo tandem post tempore Vindex
Me patrijs Penatibus
Reddidit; & Sceptrum, sed formidabile Sceptrum,
CORNI rigentis robora,
Intentare iubet, Sciolosque vrgere rapaces
Palam fateri ac prodere
Furta infanda, suis olim male credita chartis,
Et quadrupli penas dare.
Vos modo Par Fratrum, quo nec generosius vllum,
Nec altioris indolis
Prodijt hoc quo dias in luminis oras;
Par exulum defendite,
Me cum Guarino reducem, iunctumque Sodali
Feliciori Sidere.

FINIS.

